
RATIO
INSTITUTI CLINICI ROMANI
A PRIMO EJUS EXORDIO
AD KAL. SEPTEMBRIS
ANNI MDCCCXVI.
EXPOSITA

A J. DE MATTHAEIS



ROMÆ
TYPIS DE ROMANIS
MDCCCXVI
Superiorum Facultate.

Solent *Medici* naturam, tanquam ex praealta turri, et a longe despicere, et circa generalia nimium occupari, quando si descendere placuerit, et ad particularia accedere, resque ipsas attentius, et diligentius inspicere, magis vera, et utilis fieret comprehensio.

BACO DE VERULAMIO de Augm. Scient. lib. 4. c. 2.

PIO VII.

PONT. MAX.

JOSEPH TAGLIABO' ,ET JOSEPH DE MATTHAEIS

Hoc unum , BEATISSIME PATER, Tibi deerat laudis, gloriaeque argumentum, ut hominum valetudini opportunissimo aliquo opere consulere tandem velles. Nihil vero aptius, nihil optimo Principe dignius excogitari poterat, quam vera medicinae incrementa promovere, publicam Clinices scholam hic Romae instituendo. Scilicet id prudentiorum medicorum vota, ac Romanae medicinae decus justissime flagitabant, cum plura inde bona, nec mediocria conjecturalis medendi ars facile sibi comparare valeat. Quod enim

de eximio illo Duce Mithridatis victore dictum fuit, reipublicae non minus, quam hominum vitae profuisse ob medicas victi Regis commentationes, quas latino sermone transferendas curaverat, potiori jure de Te, ***PONTIFEX MAXIME****, tuaque victoria dici potest. Victoria namque, et praeclarissima quidem, fuit felix, faustusque tuus in Urbem reditus.*

Gratias itaque Tibi quam plurimas pro summo hoc tuo in rem medicam beneficio non modo nos agimus, atque habemus, sed omnes, quotquot sunt, eruntque Romae medici, semper habebunt. Caeteras tuas laudes, quae innumerae certo sunt, atque immortales, ne summis quidem labris attingere audemus: longe enim aliis ad hanc rem opus esset viribus, ingenio, atque stylo. Ut igitur libenti animo excipias hoc, quod nos, in Romana Medicinae Clinicae Schola a Te nuper erecta primi ad profitendum vocati, Tibi dicamus opus, vehementer exoptamus; utque nobis clemens bene precari velis oramus, atque obtestamur.

Romae IV. Kalend. Octobris 1816.

Poterit imprimi, si iis, quibus imperandi jus est, ita videbitur.
Hac die 13. Septembris 1816.

L. P. Bottini Romani Archigym. Rector Dep.

IMPRIMATUR,

F. Philippus Anfossi Ord. Praed. Sac. Palat. Apost. Mag.

PRAEFATIO.

Si Medicina, ut Baglivius monet, non ingenii humani partus est, sed experientiæ filia; si omnis, quae ex observationibus non deducitur doctrina, vana, vel perniciosa existimari debet, dolendum sane est, nimis sero, nec satis frequenter pro artis, hominumque utilitate Clinicas Scholas in nobilioribus Europae urbibus institutas esse, numerisque omnibus absolutas. Eo etenim spectant Instituta Clinica, ut paucioribus aegris in peculiari nosocomio collectis, ac de praeterito non minus, quam praesenti statu diligentissime examinatis circa causas et signa, omnia scripto accurate adnotentur, una cum iis quae medendi causa vel manu, vel victu, vel medicamentis peraguntur, quaeque morbos sequuntur, atque cadaverum extispicia praebent. Ex quo patet nullam dari posse ad medicinam faciendam tutiorem, aptioremque viam, nullum ad ejus incrementum validius auxilium, nihil quod aegris corporibus uberiores fructus promittat. Quae duo namque a Sydhenamio sapientissime desiderabantur in arte, graphica nimirum, naturalisque morborum historia, et praxis, seu methodus circa eosdem stabilis, et consummata, in Clinicis hisce institutis inveniri solummodo possunt.

Attamen propriae Scholae Clinicae in publicum emolumentum extructae nulla ante saeculum XVI

habentur vestigia, eaque, quamvis obscura, Patavii summa cum Italicae medicinae laude (1) apparent. Seriore tempore, anno 1658 Franciscus De la Boè Lugduni Batavorum Institutum Clinicum perfecit a Boerhaavio in meliorem formam redactum, ex quo caetera omnia per diversas Europae regiones huc usque propagata videntur (2). Quod enim de antiquissimis temporibus refertur, sive de aegris in publicis viis, vel in Deorum templis decumbentibus, sive de medicis discipulos suos ad privatos aegrotantes ducentibus, cum hodiernis institutis clinicis comparari nullo modo potest. Haec artis progressus, maturitatemque ostendunt; ea quasi ipsius vagitus, atque incunabula sunt. In his quidquid ratio, atque experientia longo tempore inter se connexae, ac mutuo confirmatae docent, in usum deducitur: in iis luce incerta, ac veluti inter tenebras incedendum erat.

Roma interim, quae pluribus de causis omnium prima inter principes Europae urbes clinicum institutum praebere posse videbatur, postrema praebuit. Hic namque jam usque a quarto Erae Vulgaris saeculo prima apparuerunt nosocomia, quae ingeniosa Christianorum pietas ad pauperum aegrotantium solamen invenit, atque extruxit. Testis est Divus Hieronymus (3), Fabiolam Romanam

---

(1) Comparetti Saggio della Scuola Clinica nello Spedale di Padova Cap. 2. pag. 9.

(2) Tissot Saggio sopra i mezzi di perfezionare gli studj di Medicina. Roma 1787 presso Pagliarini. Hildebrand Initia Instit. Clin.

(3) Epist. ad Oceanum de morte Fabiolæ.

matronam primam omnium νοσοκομεῖον Romae instituisse, in quo aegrotantes colligeret de plateis, et consumpta languoribus, atque inedia miserorum membra foveret, ita ut multi pauperum sani languentibus inviderent. De quo nobilissimo sane humanitatis genere ne verbum quidem apud veteres tam Graecos, quam Romanos scriptores, quibus ignotum prorsus fuisse putandum. Et quamvis prisca illa aetate non ad medicae artis utilitatem, sed ad Christianae pietatis exercitium extruerentur nosocomia, progressu tamen temporis, utraque re consociata, religioni, humanitati, ac medicinae sacra extiterunt. Idcirco non solum prima aegrorum receptacula Romae instituta fuere, sed frequentiora quam alibi, atque ante alia, saltem in occidente, ad medicum finem deducta fuere, cum ad ea custodienda, aegrisque ibi decumbentibus curandis veri medicinae professores hic primum fuerint acciti. Ob hanc potissimum causam, atque ob bonos in arte duces, quos sibi ad imitandos proponebant, praestantissimi medicinae cultores a renatis ineunte saeculo XVI litteris, atque artibus hic floruere, multaque laude dignum ejusdem artis exercitium hic fere semper fuit. Expurgata enim arte ab innumeris Arabistarum erroribus, interdicta Monacis, et a Judaeorum manibus vindicata, in naturae, Hippocratisque diligenti studio ea collocata fuit, unde meliorem, digrioremque induit formam, atque hominibus utilior extitit.

Re quidem vera in urbe Roma prima Hippocratis librorum latina versio a doctissimo viro I. F.

Calvi peracta fuit anno 1515, atque edita anno 1525. Hic optima Graeci hujus magistri doctrina prae caeteris universae Europae civitatibus exculta fuit: hic priores, doctiores, numerosioresque floruere ejusdem interpretes, commendatores, ac fautores Calvius, Mercurialis, Martianus, Valesius, Sinibaldius, Baglivius, Genga etc. (1): hic prima cadaverum extispicia ad morborum sedes, causas, atque effectus indagandos in publicis nosocomiis immortalis Eustachius instituit (2): hic vanis opinionum commentis, quae delet dies, neglectis, ac tot, tantisque erroribus repudiatis, qui aliarum gentium medicinam turpiter defaedarunt, simplicior, potiorque viguit medendi methodus: hic primi fuerunt, celebrioresque rerum naturalium observatores, ac cultores Jovius, Salvianius, Baccius, Cæsalpinus, Mercatus, Malpighius etc.: hic tandem primum habetur physicae, atque experimentalis Academiae exemplum in Lincaeorum constitutione, cujus origo, et progressus medicis potissimum debentur. Licet enim non omnes praedicti medici ortum Romae habuerint, neque semper in hac eadem urbe degerint, cum plures aut in aliis Ecclesiasticæ Ditionis

---

(1) Nimis longum esset Romanos Medicos Hippocraticæ doctrinæ fautores hic singulatim recensere. Gallos, qui sane plures ac valde docti fuere, ii antecedunt, nec immerito inquit Baglivius Prax. Med. lib. 1. cap. X. *Primi Itali, eosque secuti Galli ad restituendam priscam Graecorum de re medica scientiam omni studio contenderunt, post excussum Arabicae servitutis jugum.*

(2) Gentili in vita B. Eustachii. Eloy in Diction. hist. med. italice reddito, et Neapoli edit. An. 1761.

locis nati sint, vel ex diversis Italiae civitatibus huc confluxerint; attamen Romae medicinam fecerunt, vel docuerunt Archigymnasii Professores, aut Pontificum Archiatri. Quod sane ad eos tamquam Romanos medicos considerandos satis esse unusquisque facile intelligit, maxime respiciens singulorum quoad praxim, doctrinamque consensum.

Immerito itaque Romae medici ab extraneis, aliisque ipsius Italiae medicis non raro culpati fuere, atque etiam nunc culpantur, olim veluti Grecae medicinae desertores, dehinc quasi novitatum osores, ac rerum naturalium incuriosi. nam quoad primam reprehensionem attinet, non solum Marsilius Cagnati ea tempestate medicus nemini secundus, eorum defensionem suscepit (1); sed mirabili, atque inaudito exemplo Ioannes Zecchius medicus Bononiensis, curante Hieronymo Provensale Archiatro Pontificio Romanos medicos coram ipso Pontifice Clemente VIII in Palatio Vaticano eximie, ac solemniter vindicavit (2). Quoad secundam vero spectat, distingui sane debent novitates commentitiae, atque hypotheticae, quae a nimia fingendi cupidine, vel a luxuriante ingenio aequali facilitate nascuntur, atque obsolescunt, a solidis, veris, utilibusque inventis, quae dies magis, magisque confirmat. Haec semper a Romanis

(1) De urbana febris curandi ratione Commentarius Apologeticus. Romæ 1601.

(2) De ratione curandi febres ex putrido præsertim ortas humore a medicis hactenus in Urbe servata. Romæ 1596.

medicis investigata sunt, magnoque pretio habita; ea vero neglecta, parvi facta, et risu excepta; idque sapientissime factum esse putamus. Quae namque fundata sunt in natura, crescunt, et perficiuntur; quae vero in opinione, variantur, non augentur.

Id unum igitur Romanae medicinae objici jure poterat, quod inter tot ejus adminicula, atque progressus, clinicum adhuc ei deesset institutum, licet multis abhinc annis plures aliae non modo Italiae, sed universae Europae civitates eo illustrarentur. Quod enim pro artis incremento sagacissimo Baglivio erat in votis, id omne non privata, sed publica ratione perficiendum erat, ut Clinica hodierni temporis instituta ibi invenissemus. Ita namque scribit (1): *Confert si squalidos aegrorum lectulos, et publica xenodochia frequenter visitaveris, et austera quadam, atque intrepida patientia adnotaveris quid boni, aut mali singulis morbi temporibus contingat, qui progressus symptomatum, quique eorumdem exitus post adhibita quaeque remedia succedant: an praesens morbus in alterius speciei morbum mutetur: quae benignitas, malignitas, vehementia morbi symptomatum quolibet eorum tempore apparuit: quae medendi methodus singulis morbis perpetua, et stabilis deducta sit: qui exitus. Stercus, et urinam, linguam, et oculos, pulsum, et faciem, animi pathemata, antecedens vitae genus,*

---

(1) Prax. Med. lib. I. §. VI.

et errores aegrotantis, ac reliqua hujus generis considerare debes, ut in vera, ac naturalia morborum diagnostica, prognostica, indicationesque curativas pervenias. Praeterea cadavera hominum morbo denatorum secanda sunt, manusque inquinandae, ut medicus inveniat, quae morbi sedes, atque actio fuerit.

Dubitare nemo potest, quin haec omnia, quae a Baglivio jure desiderabantur, clinicas recentiorum scholas antecessissent, si in scholae usum deducta essent, et coram alumnis a publico Professore peracta ac demonstrata fuissent. Sed nec Baglivius hanc publicam medicarum scholarum constitutionem excogitavit, et quamquam is, vel alii eam excogitassent, ad effectum numquam perductam esse unusquisque videt. Praeterea nec medica Academia a Cl. Lancisio (1) in S. Spiritus Nosocomio instituta cum hodiernis clinicis scholis confundi potest (2); nec numerosa praxis, quam communium nosocomiorum medici, licet doctissimi, exercent in tanta aegrorum copia, clinicorumque auxiliorum defectu, unde obruuntur potius, quam occupantur. Aliud namque est medicinam facere; aliud eam facere, ac docere simul: aliud mutas artes cursim agitare; aliud eas disertas efficere, trutinari, ac publice profiteri.

---

(1) De recta Medicorum studiorum ratione instituenda ad Novæ Academiæ alumnos, et medicinæ tirones recitata in Archinosocomio S. Spiritus in Saxia a Joanne Maria Lancisio.

(2) Essai sur l'histoire et les avantages des Institutions Cliniques par S. G. G. Bruté à Paris 1803.

Verum quod unice Romanae medicinae deerat, id tandem hac nostra aetate ei datum fuit, munificentia, atque auctoritate PII VII. Pontificis vere Optimi Maximi. Is etenim anno proxime elapso 1815 Clinicam Scholam in Urbe institui mandavit, curantibus Eminentissimo Domino Bartholomaeo Pacca S. R. E. Cardinali Camerario, tunc a Secretis Status, atque Illustrissimis DD. Sacri Consistorii Advocatis Romanique Archigymnasii moderatoribus, quos omnes de summa hujus medicae scholae utilitate certiores fecit Clar. Dominus Thomas Prelà Archiater Pontificius doctrina, ingenio, facundia pollens, et de re medica hanc ob causam, aliasque plures optime meritus. Hinc ut industria Archiatri Imperialis Gerardi Van-Swieten Theresia Imperatrix Augusta ad eam sententiam perducta fuit, ut clinicam scholam (1) Vindobonae institueret; eadem fere ratione et Romae instituta ea dici posse videtur.

Attamen temporum antecedentium vicissitudines, atque calamitates impedimento fuere, quominus ab ipso sui exordio hoc Romanum institutum ad absolutionem, perfectionemque perduceretur, nihilque ei deficeret. Exhausto namque aerario, ut largiora impendia declinarentur, et res facilius exequi posset, in aliqua veteris S. Spiritus Nosocomii parte novam medicinae clinicae scholam collocare satius duxerunt. Qui locus aptior sane

(1) Ant. de Haen. Rat. meden. Tom. 1. Hildenbrand op. cit.

fuisset, si nemine invito, eum eligere datum esset. Chirurgiae vero Clinicae schola in Nosocomio Sancti Jacobi Incurabilium instituta fuit, et Chirurgiae in Archigymnasio Professori commissa (1).

In posteriori itaque, ac superiori hujus amplissimi aedificii loco, qua praeterfluentem Tyberim spectat, vetustique Pontis Triumphalis rudera conspiciuntur, inter septentrionem, et meridiem, quatuor assignata fuerunt diversae amplitudinis cubicula ab aliis omnibus divisa, mutuoque inter se juncta, aditu tamen non facili, ac veluti occulto. Horum primum lectionibus atque interpretrationibus clinicis inservit: alterum, quod majori amplitudine gaudet, viros excipit; tertium nimis certe angustum foeminas; quartum tandem sequioris sexus custodes. Ægri ad alumnos erudiendos opportuniores eliguntur a communi S. Spiritus Nosocomio primo eorum ingressu, atque a privatis domibus. Acuto morbo laborantes iis, qui chronicis affectionibus detinentur, praeferri solent; sed his quoque ingredi licet. Eorum numerus illum lectulorum superare nequit, qui duodecim sunt pro viris, ac tres tantummodo pro foeminis. Ex pariete, cui lectuli aegros excipientes innituntur, singulae tabellae pendent, seu schedae, quae rite dispositae pluribusque lineis in totidem loculamenta dispertitae, ea omnia inscribenda praebent, quae de morbo scitu necessaria sunt, statum nempe anamnesticum, ac praesen-

(1) Cl. Joseph Sisco expertissimæ manus, et magni nominis Chirurgus hoc honore primus decoratus.

tem, causas, denominationem, medendi methodum etc. Quae aegri ingressum in clinicum valetudinarium praecessere, ejusque corporis statum, causarumque actionem respiciunt in prima, et superiori schedae parte leguntur; ea, quae in dies post ejusdem ingressum, vel ex morbi natura, vel ex adhibita medicina contingunt, in inferiori schedae parte referuntur. Quatuor hinc medicinae alumni ea lege operam suam Clinico Instituto praestant, ut sexta quaque hora unus alteri succedat aegris invigilans, remedia administrans, atque ea omnia pendentibus schedis inscribens, quae vel diagnosi, vel prognosi, vel curationi instituendae conferre possunt. Verum praeter hos quatuor alumnos, quorum unus, aut alter in clinicis cubiculis versari perpetuo debet, aegrorum omnium non minus, quam physicorum instrumentorum sedulus relator, duo insuper adsunt bajuli, qui in virorum cubiculo aegris famulantur vilioribus operibus addicti; ac duae ad eumdem finem ex Orphanotrophio sorores in mulierum cubiculo. Tali ratione non modo aegrorum commodo, sed etiam alumnorum eruditioni optime prospicitur: a diligenti etenim assidentium opera quidquid perficiendum est perficitur, quidquid adnotandum adnotatur. Neque desunt Chirurgus, ac Medicus assistens, quorum primus externas affectiones explorare, auxilia chirurgica subministrare, mortuorumque cadavera dissecare debet (1); alter vero aegros morbo ma-

---

(1) Cajetanus Flajani multa eruditione, ac dexteritate præditus Instituti Clinici Chirurgus assistens, et cadaverum Prosector.

gis oppressos saepius in die invisere debet, et Professoris absentis vices gerere apud aegrotos (1). Duo etiam habentur accuratioris ordinis causa ex Archigymnasii Professoribus Clinici Consulentes (2), qui Institutum quandoque adire, ac de ejus regimine inquirere debent. Omnis vero clinica disciplina duobus medicinae Professoribus ex eodem Archigymnasio accitis commissa tali ratione, ac lege ad effectum perducitur. Mane scilicet, ac vespere hora statuta, clinicum nosocomium eis adeundum, omniaque de more peragenda. Quarto tamen quoque mense Professores sibi invicem succedunt, cum alternatim munus suum obeant trimestri spatio. Divisus namque labor levior fit, ac diligentius exercetur, unde tironum, aegrorumque increscit utilitas.

Ægris itaque utriusque sexus diligentissime examinatis, ac phaenomenis omnibus, quae in singulis cujusque horae momentis eveniunt adnotatis ab assidentibus, atque expensis a Professore, ea omnia, quae morbo expugnando apta videntur, illico decernuntur, atque schedis mandantur. Absoluta matutina aegrorum visitatione, in alterum lectionis cubiculum transitus fit, ibique

(1) Unus ex Nosocomii S. Spiritus Medicis Assistentibus, qui pro tempore Clinico etiam Instituto operam navare debet. Omnium primus hoc munere defunctus fuit, nec sine laude, D. Joseph Falcioni juvenis medicus optimæ spei.

(2) Cl. Viri Petrus Lupi, et Dominicus Morichini, quorum nomina felici per urbem praxi, atque editis operibus inclaruere, ad hoc munus primi fuerunt vocati.

lecta primum unius, vel plurium aegrorum historia, de iis sermo instituitur, eorum excreta, si opus fuerit, ad chemicum examen vocantur, medicamenta exponuntur, futura praenunciantur, extispicia interpretantur. Singulis diebus novus aliquis aeger admittitur, et subsequenti die ut plurimum Professor de eo, ejusque morbo disserit. Cadavera in communi receptaculo mortuorum Nosocomii S. Spiritus transferuntur, ibique, recitata historia morbi, coram alumnis dissecantur, et in eadem scheda, omnia, quae notatu digna conspiciuntur, adnotantur, ut recta de iis interpretatio fieri queat. Si quae sunt partes, vel viscera a morbo nimis praeternaturaliter immutata, in Museo Pathologico asservantur. In cujusque mensis fine observationes meteorologicae ex Barometro, Thermometro, Hygrometro desumptae recolliguntur; de anni temporis qualitate, de ventorum directione, et vi, de caelestibus, ac terrestribus phaenomenis [redacted] habetur sermo; deinde haec omnia cum regnantibus morbis conferuntur, eorumque relationes expenduntur. Nosocomium S. Spiritus pharmaca, et victum suppeditat: quae vero sit diaetae ratio, annexa Tabula ostendit.

Instituti Clinici Romani constitutione, ac ordine declarato, nonnulla de Urbis situ, aeris, et soli natura, incolarumque victu declaranda sunt, ut quantum experientia rationi respondeat in morborum genesi, et natura, remediorumque usu, facilius unusquisque intelligat. Quae omnia, quamvis per multa volumina, perque magnae conten-

tionis disputationes a medicis saepe tractata sint, atque tractentur, attamen breviter, candideque eadem, ut opportunissima hic exponere, operae pretium ducimus. Docet namque Celsus post Hippocratem, *differre pro natura locorum genera medicinae, et aliud opus esse Romae, aliud in Ægypto, aliud in Gallia* (1). Hinc Baglivius noster jure meritoque non semel hisce utitur verbis in suis Praxeos Medicae libris: *Romae scribo, atque in aere Romano* (2). Lancisius vero ait (3): *Nemo Clinicorum alicubi esse potest vel mediocri fama celebratus, quin ante omnia locorum, in quibus se velit exercere, tum positiones, ac ventos, tum aquas, et caeteras aeris, et alimentorum qualitates probe cognoverit.*

Vanis itaque eorum disquisitionibus praetermissis, qui Romae situm necessitate potius, quam consilio statutum fuisse putant, vel eorum, qui hanc ipsam urbem inter spatia totius orbis terrarum, regionumque medio ponunt, et cordis, vel umbilici instar in media, nobilissimaque Italiae parte eam collocant, illud ratum, certumque habemus (4), ejus Latitudinem, seu distantiam ab Æquatore versus Polum Arcticum esse gr. 41 53′ 54″; Longitudinem vero, seu distantiam ab Insula Ferri For-

---

(1) In Præfat. lib. I.

(2) Prax. Med. lib. I. de feb. malig., et mesent.

(3) De nativis, deque adventitiis Romani cæli qualitatibus: in Præf. seu scribendi occas.

(4) Opusc. Astron., e fisici di Giuseppe Calandrelli, e Andrea Conti Tom. I. Opusc. I.

tunatarum ultima esse gr. 30 39′ 30″. Idcirco non in quinto Climate, ut perperam opinati sunt nonnulli, sed in sexto, imo inter sexti finem, ac septimi principium statuta est urbs Roma, cujus tum dies, tum nox longissima horarum est quindecim, et paulo ultra; quod ipse Galenus probe novit, scribens (1): *Romae maximi dies, ac noctes paulo majores quindecim aequinoctialibus horis sunt, contra minimi paulo infra novem*. Urbis circuitus moenibus undique cinctus sexdecim circiter passuum millibus constat; unde quam lata, vel extensa ea sit, unusquisque facile mente conspicit. Ejus colles, praesertim interni, non admodum diversam inter se altitudinem exhibent, ac tali dispositi sunt ordine: Aventinus, Coelius, et Palatinus in Meridionali urbis parte extant; Capitolinus quasi in centro; Esquilinus, ac Viminalis in Orientali; Quirinalis in Septentrionali plaga. Pincius vero, atque Janiculus, qui extra urbis moenia olim erant, ideoque externi dicebantur, modo ille partem urbis Septentrionalem, hic Occidentalem circumscribunt. Tyberis flexuoso itinere urbem inaequaliter dividit, quamvis a Septentrione eam ingrediatur, ac versus Meridiem egrediatur ab ea. Hinc ejus dextera Occidentalem, sinistra vero Orientalem urbis partem alluit. Vetus Roma pene omnis in montibus, atque in spatiis inter montes continebatur; recens vero in

---

(1) De Sanit. cap. 5. lib. VI.

planitie, ac praesertim in Campo Martio prope Tyberim, Transtyberim, in agro Vaticano. Montes namque magna ex parte deserti sunt, et sacris aedibus, paucisque aliis exceptis, fere omnes hortorum, ac vinearum culturae addicuntur. Media Romani soli planities altior est mare ped. Par. circiter 60: Tyberis enim intra urbis moenia sublimior est mare, ex quo distat 15 millia passuum, ped. Par. 24. Altitudinis discrimen, quod inter singulos Romae Colles intercedit, est pedum circiter 40: Altiores namque, ut Janiculus in Ecclesia S. Petri Montorio p. 185, et Esquilinus in Basilica Liberiana p. 177; humiliores vero, ut Capitolinus in Ecclesia Aracaeli p. 151, et Quirinalis in aedibus Pontificiis p. 148 eminent supra mare (1).

Verum diversa admodum est praesens Romanorum Collium altitudo ab illa, quae vetustissimo tempore fuit; hinc qui olim montes, colles hodie dici solent. Temporis enim vi montes ipsi deficiunt, ac subsidunt; valles, quidquid montibus abraditur, excipiunt, atque assurgunt; eamque ob causam Romani soli planities saeculorum lapsu sublimior, atque aequalior extat. Extra urbis moenia hortuli, vineae, ac dumeta primum occurrunt; dein immensus Romanus ager, qui alterna vice magna ex parte pascuus, minima frumentarius, pecoribus magis, quam hominibus alendis assignari videtur. A montibus Ciminis, Sabinis,

(1) Opusc. Astronom., e fisici di Calandrelli, e Conti Tom. 1. Opusc. 2. pag. 49.

Tusculanis, atque Albanis ad maris usque litora ille protenditur. Ingens aquarum copia eum undique alluit, quarum fontes vel a propinquis collibus derivantes, vel sponte ex ejus sinu erumpentes, vel arte aliunde influentes, modo stagnantes, modo currentes sunt, potabiles, aut medicati pro diversis substantiis mineralibus, quae in iis dissolvuntur, quaeque a vulcanica soli indole, qua vagantur, originem ducunt.

Venti, qui Romae frequentius, ac vehementius perflant, australes sunt, aestate praesertim, atque autumno; hieme vero septentrionales. Quamvis enim omnibus pene ventis Urbs pervia undequaque existat, cum neque interni, neque externi montes tales sint, ut diversorum ventorum flatus repellere valeant, attamen cum ex meridionali plaga late pateat Romanus ager usque ad maris litora, neque ullo prorsus montium propugnaculo gaudeat, hinc meridionales venti liberius in Urbem, ejusque agrum spirant, iis potissimum anni tempestatibus, quibus valetudini infensiones esse solent. Nam quod opinatus fuit Lancisius, australes ventos salubres quandoque esse, numquam vero noxios, nisi per palustria loca transeundo, coenosis, gravibusque effluviis inquinentur, experientiae omnino adversatur. Neque solum post illatas clades a Gothis, Longobardis, Saracenis, aliisque, austros nocentes fuisse credendum, quia multa tunc prope moenia uda loca patebant, ut ipse ait. Jam usque ab Augusti temporibus noxius erat Romae auster; ideoque Hora-

tius modo *plumbeum* (1), modo *corporibus nocentem* (2) merito eum appellat. Celsus vero de eo sic loquitur (3): *Auster aures hebetat, sensus tardat, capitis dolores movet, alvum solvit, totum corpus efficit hebes, humidum, languidum*. Praeterea et in Graecia haud salubres esse poterant australes venti. Hippocrates namque saepissime eos vituperat, morbiferosque nuncupat, cum aph. 5. sect. 3. legatur: *Austri auditus hebetantes, caliginosi, caput gravantes, pigri, dissolventes*: et aph. 17. sect. 3. *Austrinae constitutiones dissolvunt corpora, et humectant, auditum obtundunt, caput aggravant, vertigines faciunt, oculis, atque corporibus difficilem motum praestant, et alvum humectant*.

Quaecumque igitur fuerit hujusmodi effectuum caussa, vel marina australium ventorum origo, vel locorum, per quae transeunt gravitas, vel excedens calor, vel ingens humiditas, hi venti insalubres certo Romae sunt, semperque fuere, magis tamen, vel minus, prout lenius, vel vehementius perflant, similibus, vel dissimilibus concurrentibus causis. At septentrionales quoque venti vehementissime non raro debacchantur in urbe, hiemali non minus, quam vernali tempore. Et licet sint austris minus infensi hominum valetudini, attamen si repentine, ac violenter flant, plura in-

(1) Satyr. 6. lib. 2.
(2) Carm. lib. 2. Ode 14. v. 15.
(3) Lib. 2. cap. 1.

ducunt corporibus mala, destillationes, febres inflammatorias, dolores, anginas, pleuritides, ut Hippocrates, aliique quamplurimi docent. Hinc venti aquilonarem, atque australem Urbis partem, qua Tyberis ingreditur, atque egreditur, facilius permeare videntur, ac majori proinde frequentia, ac vehementia eam dominari solent.

Verumtamen ex tam facili contrariorum ventorum aditu, nec non a libero caeterorum flatu ingens oriri debet in Romano aere mutabilitas, vel inconstantia, quae non solum a corporibus nostris percipitur, sed etiam a physicis instrumentis indicatur. Quae sane Romani aeris inconstantia salubris haud putanda erit cum Cagnato, ac Lancisio, qui eam formandis incolarum corporibus, animisque summopere utilem existimant (1). Ratio etenim, experientia, atque summorum virorum testimonia docent, valetudini infensam plane esse, ac pertimescendam. Monet Hippocrates aph. 8. sect. 3. *In constantibus temporibus quum tempestive tempestiva redduntur, morbi constantes, et boni judicii fiunt; in inconstantibus autem, inconstantes, ac mali judicii*. Aph. 4. sect. 3. *In temporibus quando eadem die modo calor, modo frigus fit, morbos expectare oportet*. Celsus vero ait (2): *Ex tempestatibus optimae aequales, sive frigidae, sive calidae; pessimae, quae maxime variant*. At nemo est, qui hujus rei veritatem in proprio corpore saepissime

(1) Op. cit.
(2) Lib. 2. cap. 1.

non expertus fuerit; mirumque videtur praedictos medicos Romanos, quibus neque ingenium, neque eruditio deerat, ei obstitisse. Verum praeoccupati aliqua opinione animi pro ea omnimode nituntur; vim veritati adhibent, omniaque eo libentius invertere audent, quo magis eruditione, atque ingenio praestant.

Haec de ventis Romae flantibus satis: modo nonnulla indicemus oportet de aquis, quae hic potantur. Eae copiosissimae sunt, ac universim salubres, quamvis non omnes eodem gradu, eademque ratione. Quatuor namque genera aquarum dulcium in Urbe Roma distingui debent cum Lancisio (1). 1 Sponte nascentium: 2 Influentium per aquaeductus: 3 Fluvialium: 4 Pluvialium. Aquae sponte intra Urbem scaturientes iterum dividi possunt in fontales, quae omnes limpidissimae sunt, nec umquam deficiunt, uti eae, quae *del Grillo*, *Sancti Felicis*, *Lancisiana*, *Innocentiana*, *Sancti Damasi etc.* vocantur; atque in puteales, quae vel a Tyberinis lymphis terram permeantibus, vel a montibus tam internis, quam externis proficiscuntur, aut a veteribus non minus, quam novis aquaeductibus effluunt, et pene omnes optimae sunt, nisi diuturna quiete corrumpantur, neque extranea corpora in iis immittantur, neque putei, architectorum culpa, prope latrinas, vel cloacas excaventur. Aquae vero pluviales, seu cisternarum, quamvis ab Hippocrate, et Vi-

(1) Ibid.

truvio maxime laudentur, attamen Romae, vix, ac ne vix quidem adhibentur, cum magna hic lectissimorum fontium, puteorumque copia ubique redundet. Tyberis aqua, quam crudiusculam Galenus putavit, veluti purissima a nonnullis existimatur, modo per sex menses in cisternis probe purgata fuerit. Eam namque innocue biberunt Romani antiquissimis temporibus, atque iterum post barbarorum irruptiones, cladesque. Quare Alexander Petronius scripsit (1): *Scire itaque licet aquas omnes, quae in Urbe Roma potantur, Tyberinam aquam, modo probe sit expurgata, idque sex ante menses raro evenit, longe admodum antecellere.* Hinc Paulus III, qui admirando circa curam corporis studio tres, et octoginta vixit annos, Tyberinas secum aquas, quacumque iret longissimo etiam itinere adferri jubebat, quas biberet, idemque a Clemente VII, aliisque factum esse scimus. Sed omnibus suis impuritatibus defaecari prius debet; alias, ut unusquisque, modo eam inspiciat, facile per se intelligit, nullimode comparanda erit cum illis, quae per canales Romam advehuntur. Hae namque maximo sumptu, atque industria non minori a fontibus magis, vel minus ab urbe remotis petuntur, ac saluberrimae quidem sunt, quamquam non omnes eodem gradu. Omnium optima *Salonia*, vel *Virgo* dicta censetur; secundum locum tenet illa *Thermarum*, vel *Felix* a Sixti V

---

(1) De Roman. victu pag. 15.

nomine dicta : tertium *Sabatina*, vel *Paula* a Paulo V, qui eam revocavit. Haec postrema aliarum minus salubris, quamvis levissima, existimatur a Lancisio (1) ob admixtum sulphur, nuperrime a Michel ob nimis auctum aestiva tempestate ejus calorem (2). Omnes vero, utut limpidae, ac levissimae, aliquam semper continent terreorum salium quantitatem, ut evaporatione, ac chimicorum auxiliorum mixtione facile patet, nec non lapideis incrustationibus, quas in propriis ductibus gignunt, quaeque tantam insalubritatis suspicionem nonnullis ingerunt, ut eas bibere reformident, illisque fluvialibus, vel sponte nascentibus posthabendas existiment.

Quoad Romanorum vero cibos attinet, et hi salubres universim sunt, sive ex vegetabili, sive ex animali regno sumantur. Immerito etenim Petronius Romanorum victum damnat ob parum alibilem ejus naturam, quam nimis aquosam, insipidamque censet, unde Romanos voraciores esse ait, magisque replendos. Hinc jure Lancisius (3): *Mirari satis non possum nonnullos nostra alimenta hebetiora, parumque nutrientia (cum leviora, et concoctu faciliora dicenda sint) putavisse*. Certissimum namque est Romae saluberrimum cujuscumque generis victum esse, idque non ob the-

---

(1) Op. cit.

(2) Recherches Medico-topographiques sur Rome, et l' Agro Romano. A Rome 1813. pag. 104.

(1) Op. cit.

riacales herbas, quibus Romanus ager redundat, sed ob optimae naturae fruges, fructus, olera, ac pascua. Ideo panis nusquam melior; carnes animalium optimae, praesertim lactentium vitulorum, qui vulgo *Mongane* dicuntur; carnes etiam generis gallinacei, ac volatilium laudatissimae sunt; lac, butirum, caseus, lacticiniaque omnia bona sunt. Ova ipsa, si recentia fuerint, atque in Urbe nata, tantum fere nutriunt, Lancisii judicio, quantum ponderant. Vina, sive ex Romanis vineis parentur, sive ex collibus Albanis, Aricinis, Tusculanis, salubria sunt, ac postrema etiam ab antiquis scriptoribus commendata. Utinam omnes, qui Romae, atque in Romano agro degunt, tali potu, ac cibis vesci possent! Sed pauperes, iique fere omnes, qui ob labores, quibus exercentur, meliori, fortiorique indigent victu, simplices herbas, legumina, suillas carnes fumo, ac sale induratas edere coguntur, atque impuras quandoque aquas bibere, unde plures nascuntur infimae Romanae plebis morbi, quales in Nosocomiis frequentissime conspiciuntur.

Vitae genus incolarum Urbis Romae varium necessario esse debet pro varia eorum conditione, ac fortuna: attamen deses, ac sedentarium universim esse solet. Non modo enim aulici, jurisconsulti, literati, Religionis ministri tam saeculares, quam regulares, sed famuli etiam, pluresque artifices, sutores, sarcinatores etc. ignavam, ac sedentariam vitam traducunt. Neque omnes rustici, qui prae caeteris exercitati, atque corporeis laboribus ad-

dicti videntur, tales reapse sunt, cum vinearum, agrorumque domini, vel conductores, quamvis ruri degant, desidiosi ut plurimum sint. Veri namque agricolae hic Romae advenae pene omnes sunt ex aliis Italiae, ac praesertim Ecclesiasticae ditionis locis. Paucissimi igitur ex Romanis sunt, quos durus exerceat labor, plurimi ignavia, ac otio pene contabescunt. Cujuscumque generis agricultura extraneis committitur, qui turmatim Romanum agrum apto tempore petunt, ut in sudore vultus, ac morbis ex mala aeris, victusque conditione pendentibus expositi, panem sibi nancisci valeant. Pauci tamen ex Romanis incolis praepingues sunt, multi mediocris habitus, complures graciles. Plurimi vero animi curis non leviter afficiuntur, aut quia studiosi sunt literarum, honorum, lucrive, aut Religionis cultui addicti. Ex hoc vitae genere plures, gravesque iis impendent morbi: ignavia enim corpus hebetat, labor firmat, ut Celsus inquit. At si corporis ignaviae edaces animi curae accedant, tunc majora etiam mala expectanda sunt. Quae omnia hic Romae eo magis pertimescenda, quo plures aliae praedisponentes, atque occasionales morborum causae confluunt. Attamen non adeo rari sunt Romae senes, ut opinantur nonnulli, nec luridus, cachecticusque dici potest, praeter quam in rusticis, incolarum aspectus.

In contrarias partes abeunt medicinae scriptores de Romani aeris salubritate, vel insalubritate pertractantes, nec solum quoad causas, sed etiam

quoad rem ipsam, quam alii affirmant, refellunt alii. Ab his etenim saluberrimus existimatur, ab illis noxius, atque insalubris. Petronius (1), Donius (2), Manelphius (3), Baglivius (4) romanum aerem damnant, ac humidum, crassumque putant: Marsilius Cagnatus (5), ac Panarolus (6) eum laudant: Lancisius (7) nativas ejus qualitates commendat, adventitias vero vituperat (8). Omnibus tamen mente non praejudicata perpensis, facile intelligitur, Romae aerem neque in omni tempore, neque in omni loco eadem temperie donari; sed pro temporum, locorumque varietate modo laudabilem esse, modo damnabilem. Quod ad locos attinet, laudari solent a medicis sublimiores prae humilibus, et cavis. Sic Petronius monuit aerem supernum in montibus, altisque aedibus inferno, qui convallibus inest, meliorem esse, licet alibi

---

(1) De victu Romanorum pag. 10.
(2) De restituenda salubritate aeris Romani pag. 8.
(3) Mensa Romana, seu urbana victus ratio pag. 3.
(4) Prax. med. lib. 1. cap. 13., e 15.
(5) De Romani aeris salubritate Commentarius.
(6) Aerolog. pag. 15.
(7) Op. cit.
(8) Non modo medici, sed plures cujuscumque generis scriptores de Romani cæli natura, et qualitate disserere ausi sunt; eorumque nonnulli poetico more, interque poetas, quamquam haud fuerint ipsi poetæ. Hinc celebris Mathematicus Jacquier Romani aeris salubritatem inter Arcades defendit oratione Venetiis edita apud Simonem Occhi anno 1785. Thomas Celoni Chirurgus Vaticani aeris salubritatem patrocinatus fuit oratione inter Arcades habita, et Romæ edita apud Casaletti anno 1780. Numerosiores tamen sunt, qui ab iis dissentiunt, eorumque sententiæ variis editis opusculis leguntur.

dixerit locos prope Capitolii radices, atque hinc, et illinc paulo ulterius, quia aquilonem spectant, salubriores esse, unde ibi propriam sibi domum extruxit. Donius saluberrimos putavit montes Capitolinum, Quirinalem, atque Exquilinum in parte, Collem Hortulorum, Janiculi summitatem etc. mediocriter salubres Campi Martii planitiem, Palatinum montem, Caelium, Aventinum, ac Viminalis partes orientales etc. insaluberrimos tandem locos imos veteris urbis, uti sunt regio Circi Maximi, omnisque ille campus, qui inter Aventinum, ac Tyberim, portamque Ostiensem jacet. Panarolus existimavit montes Caelium, Exquilinum, ac Quirinalem salubriores esse. Baglivius cum Donio sensit, ejus verba nimis fideliter repetens. Lancisius opinatus fuit nullum Romae situm magis clementem, et salubrem esse, quam qui Pincio, et Quirinali continetur. Patet itaque brevibus admodum intervallis Urbis situs inter se distare quoad salubritatem; paucorum namque passuum distantia hic salubres, illic insalubres sunt, quod non modo Donius novit, scribens (1): *Brevissimi intervalli discrimine, quod mirum exteris videtur, hic salubris aer existimatur, illic contra noxius, ac damnabilis*, sed etiam Baglivius, qui eadem Donii verba repetit (2)

Verum Urbis locorum, qui insalubritate culpantur non eadem est toto anno, atque omni tem-

(1) Op. cit.
(2) Prax. med. lib. 1. cap. 15.

pore conditio: aestivo namque, et autumnali tempore infames sunt; caeteris anni tempestatibus absque ulla insalubritatis suspicione incoluntur. Praeterea non eadem manet, sed immutari solet temporis lapsu salubritas, vel insalubritas locorum Urbis: quae enim loca insalubria olim fuere, salubria modo sunt, vel erunt in posterum, ac vicissim. Hortulorum vallis ex. gr. Petronii aetate insalubris admodum erat, Lancisii vero aetate salubris evaserat, ut ipse testatur. Quaedam in Transtyberina Regione loca insalubria penitus erant prima ejusdem Lancisii aetate, dein ob immutatum soli statum salubria ab ipsomet reputata fuere. Quaenam igitur hujus discriminis origo? Undenam localis haec, temporaria, ac vaga Romani aeris insalubritas? Qualis effectus, ita certo et causa esse debet, mobilis nimirum, et fortuita, quamvis semper eadem.

Licet enim plura sint, quae aerem depravare valent, id potissimum nobis inquirendum est, quod Romae magis proprium videtur, ejusque aeris insalubritatem constituit. Cum vero de hac re vel maxime dissentiant Auctores, eorum sententiae accedendum putamus, quae rationi non minus, quam experientiae magis respondet. Ex aquis igitur, quibus Roma intus, et extra scatet, hujusce insalubritatis causam repetere non dubitamus: hae namque sponte, vel arte stagnantes, paludesque gignentes, vel herbas, camposque irrigantes, caloris accessu putrescunt, taliaque emittunt effluvia, ut aerem inquinent, morbosque in dispositis prae-

sertim corporibus inducant. Hinc in desertis collibus, in imis, udisque vallibus, in vineis, atque hortis, ubi plantae copiosius, quam homines vivunt, fimo, et aqua nutritae, incalescente coelo, aer necessario depravari debet, insalubris fieri, morbosque sui generis procreare. Sublimes ideo loci, qui salubriores olim erant, insalubriores modo sunt.

Sed haec omnia melius elucescent, si natura morborum, qui frequentius Romae occurrunt, attente, diligenterque consideretur. Quidquid enim Cagnatus, et Lancisius objiciant, neminem Romanae urbis incolarum latet, varia morborum genera hic dominari, quod omnes Medici sana mente praediti ultro fatentur. Ex hisce morbis alii novi, alii antiqui videntur; quidam dato anni tempore, quidam assidue divexant; hi magis communes sunt, ii minus. Alexander Petronius (1) tria recenset propria Romanorum incommoda, quae non tam morbi, quam ad morbos dispositiones esse videntur, *capiplenium* nempe, *languor*, atque *expletio*, seu *cacochilia*; eaque ab aere crasso, humido, ac tepido, a frequenti austrorum flatu, ac pleniori victu, quo ob minus alibilem ejus naturam utuntur incolae, oriri putat. Nostra vero aetate nervosae affectiones, vulgo *tirature*, seu convulsiones communissimae sunt foeminis praesertim, effoeminatisque viris, quorum corpora a tam levibus causis commoveri solent, ut odo-

---

(1) Op. cit.

rum licet gratissimorum vis ea facile perturbet, ac male afficiat. Quod sane ignotum fuisse videtur veteribus incolis, qui maxime, atque innocue odoratissimis substantiis utebantur. Sed neque Petronii aetate, neque ineunte Saeculo XVIII hujusmodi ab odoribus effectus pertimescebant Romani; cum nulla de iis apud scriptores fiat mentio, et Medici ad cubiculorum aerem corrigendum, florum, herbarum, resinarumque odoramenta utrique sexui passim, atque indiscriminatim commendabant. Verum haec non ita intelligi debent, ut validi odores prorsus innocui semper, et ubique existimandi sint, praeter quam hodierno tempore, et Romae dumtaxat. Debilia enim corpora, quae ob nimiam sensibilitatem leves etiam res irritare, ac perturbare valent, a validis odoribus male affici vetus est observatio. Monuit namque Galenus (1) *validos odores cerebrum, nervosque laedere*. Boerhaavius inquit (2): *ab odoribus ipsum adeo vicinum cerebrum emoveri, a cujus statu tota corporis firmitas unice dependet*. Ramazzinus scribit (3): *Quanta sit odorum vis, satis norunt mulieres histericis passionibus obnoxiae*. Nihil proinde est, quod miremur, si aucta in dies a molli, inertique vita nervosi sistematis in Romanis incolis mobilitate, atque amplificata immaginationis vi, quae eo major esse solet, quo minor nervo-

---

(1) De instrum. odor. cap. V.
(2) Prælec. Academ. Vol. III. de Olfac.
(3) De morb. artif. cap. 38., et alibi.

rum, solidorumque omnium vigor, mille, ac levissimae res, quas inter odores, nervos exagitent, perturbentque in illis praesertim corporibus, quorum phantasia promptior, ac vividior, debilis vero est nervorum, solidorumque compages; qualis in delicato, ac molli foemineo sexu, maxime si menstrua accedant, vel puerperium, vel histerica passio, vel hypocondriaca. Tanta enim est olfactus supra mentem, mentisque supra universum corpus facultas, ut eum merito immaginationis organum appellaverit Rousseau (1). Ex quibus omnibus patet hanc Romanorum proprietatem menti non minus, quam corpori tribuendam esse, cum a peculiari, atque ut plurimum consociata utriusque conditione proficiscatur.

Sed aliud etiam morbi genus Romanis incolis familiare nostra praesertim aetate censetur, subitanea scilicet mors, vulgo *accidente*, quae a diversis prorsus causis ortum ducens, modo sporadica, modo quasi epidemica obrepit. Non solum enim vulgus hoc morbi genus tanta frequentia sibi mutuo imprecari solet, ut nihil aliud imprecandum scire videatur, sed plures praeterea sunt medicinae scriptores, qui Romae vixerunt, ac de subitaneis Romanorum mortibus peculiariter pertractarunt. Sic Panarolus eas memorat (2), quae circa medietatem saeculi XVII contigerunt: Bernabei (3), ac Lancisius de iis loquuntur, quae in-

---

(1) Emile liv. 2.
(1) Jatrologismi observ. 7.
(2) Dissert. delle Morti improvise.

Ser.Nub.	*Nub.Ser.*	*Ser.Nub.*	N.O.	S.O.	N.E.	Pluv. n.
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	S.O.	S.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	S.O.	S.O.	O.	
Ser.Nub.	*Nub.Ser.*	*Nub.Ser.*	S.E.	S.	S.E.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Nub.*	S.	S.	S.E.	
Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	S.E.	S.O.	S.O.	Pluv. d.
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	E.	S.	S.O.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.	S.O.	S.	
Ser.	*Ser.*	*Ser.*	N.	N.O.	S.O.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	S.O.	S.E.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	S.E.	S.E.	S.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.E.	S.O.	N.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.	S.O.	S.O.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	S.O.	S.O.	Neb.
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.E.	S.O.	N.O.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.	S.O.	N.E.	Neb.
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	S.O.	S.O.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Nub.Ser.*	S.E.	S.E.	S.	Fulg. n.
Ser.Nub.	*Nub.*	*Nub.Ser.*	S.O.	S.	S.O.	Pluv. d.
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	S.	S.O.	S.O.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.	S.O.	S.O.	*Dies*
Ser.	*Ser.*	*Ser.Nub.*	N.E.	S.E.	S.	Pluv. 5 Fulg. 2 Neb. 10 Tonit. 1
Nub.	*Nub.*	*Nub.*	O.	N.	E.	

Augusti.

Dies Mensis	Barometrum Mane hor. 7.	Barometrum Post Merid. hor. 2.	Barometrum Vespere hor. 9.	Thermometrum M. h. 7.	Thermometrum P. M. h. 2.	Thermometrum V. h. 9.	Hygrometrum M. h. 7.	Hygrometrum P. M. h. 2.	Hygrometrum V. h. 9.
1	27 11 2	27 11 7	28 0 3	18 8	21 7	18 0	25 9	35 4	30 1
2	28 1 5	28 1 5	28 1 5	17 9	22 4	18 3	26 8	38 2	31 2
3	28 1 5	28 1 3	28 1 2	17 5	23 6	17 5	30 2	48 2	26 5
4	28 0 2	28 0 1	28 1 0	15 4	26 3	18 9	20 0	45 1	33 0
5	28 0 9	28 0 9	28 1 2	18 4	27 8	21 2	29 0	45 3	44 2
6	28 1 4	28 1 3	28 1 2	20 3	28 9	21 6	36 8	51 7	36 3
7	28 1 1	28 1 2	28 1 1	19 6	24 6	18 6	32 5	42 9	36 5
8	28 1 1	28 0 4	28 0 3	15 0	23 5	16 3	32 4	41 2	24 5
9	28 0 0	27 11 9	28 0 0	17 4	25 0	20 0	29 2	39 0	24 0
10	28 1 2	28 1 2	28 1 4	19 0	26 0	19 8	35 2	40 0	28 0
11	28 1 2	28 1 7	28 1 4	19 2	25 0	20 4	30 0	40 0	37 0
12	28 1 5	28 1 5	28 1 5	18 3	26 0	19 8	31 0	41 0	35 0
13	28 1 5	28 1 0	28 0 7	18 5	24 0	18 5	25 0	40 0	31 0
14	28 0 3	28 0 1	28 1 3	18 1	22 2	18 0	30 8	40 0	28 0
15	28 0 0	28 0 0	28 0 3	14 2	21 8	17 9	23 1	38 0	31 0
16	28 0 0	28 0 0	28 0 0	14 8	24 0	18 0	20 0	40 0	36 2
17	27 11 1	27 10 7	27 11 0	14 0	17 5	16 0	22 0	27 1	26 0
18	27 10 4	27 10 9	27 11 8	14 0	21 8	15 6	21 2	40 0	28 6
19	27 11 0	27 11 7	27 11 7	16 0	18 6	13 5	27 0	38 0	34 0
20	28 0 1	27 11 7	28 0 1	14 6	19 2	15 2	31 0	41 1	35 6
21	28 0 0	27 11 7	27 11 8	12 0	18 4	13 5	27 0	40 0	31 2
22	27 10 1	27 10 7	27 11 2	11 7	16 7	15 2	23 5	33 2	24 0
23	28 0 0	28 0 4	28 0 7	13 0	20 0	14 2	25 0	36 2	27 0
24	28 0 5	28 0 7	28 1 0	13 0	18 5	15 0	22 0	35 0	27 0
25	28 0 4	28 0 0	27 11 0	13 2	18 4	13 2	20 2	31 0	22 0
26	27 10 5	27 10 3	27 10 9	12 2	17 4	15 0	20 0	37 0	37 2
27	28 0 4	28 1 6	28 1 3	12 5	18 3	16 0	29 6	41 2	42 8
28	28 2 3	28 2 1	28 2 4	10 2	20 0	15 5	29 8	38 0	30 0
29	28 2 2	28 1 2	28 1 2	13 3	20 4	17 0	25 0	40 0	37 0
30	28 1 2	28 0 6	27 11 9	13 5	20 1	15 5	26 0	28 0	22 0
31	27 10 5	27 10 2	27 10 0	16 9	18 3	18 2	25 0	30 0	24 0
Max.	28 2 3	28 2 1	28 2 4	20 3	28 9	21 6	36 8	51 7	44 2
Med.	28 0 4	28 0 3	28 0 4	15 5	21 8	17 1	26 8	38 8	31 0
Min.	27 10 1	27 10 2	27 10 0	10 2	16 7	13 2	20 0	27 1	22 0

CÆLI CONDITIO			VENTI			METEORÆ
M. h. 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.	*M. h.* 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.	
Nub.Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	S.O.	S.O.	S.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	S.O.	S.O.	N.O.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	S.O.	S.O.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.E.	S.O.	O.	Neb.
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.	S.O.	S.O.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	S.E.	S.O.	S.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	S.E.	S.O.	S.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.E.	S.O.	S.O.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.	S.O.	S.	Neb.
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	E.	S.E.	S.	Neb.
Nub.Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	S.E.	S.	S.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	S.	S.E.	Fulg. n.
Ser.Nub.	*Nub.Ser.*	*Nub.Ser.*	N.	S.E.	E.	Neb. fulg. n.
Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.O.	S.	N.	Neb.
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.	S.O.	N.	Pluv. d.
Ser.	*Ser.*	*Ser.*	N.	S.O.	N.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.	S.E.	N.	Fulg. n.
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	E.	S.E.	S.	Neb. pluv.
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	N.	N.	Neb. pluv.
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	N.	N.	Fulg. n.
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	E.	N.O.	Fulg. n.
Nub.	*Nub.Ser.*	*Ser.Nub.*	N.O.	O.	N.O.	Pluv. d. n.
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.E.	E.	N.	
Nub.Ser.	*Nub.Ser.*	*Ser.*	N.E.	S.O.	N.	Fulg. n.
Ser.Nub.	*Nub.Ser.*	*Nub.*	N.	S.O.	E.	Neb. pluv. fulg. ton.
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	S.	N.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.O.	N.	N.O.	Fulg. n.
Ser.	*Ser.Nub.*	*Nub.Ser.*	N.O.	S.O.	S.	
Ser.Nub.	*Ser.Nub.*	*Ser.*	N.E.	S.O.	N.O.	
Ser.	*Ser.Nub.*	*Nub.*	N.	S.	S.E.	
Nub.Ser.	*Nub.Ser.*	*Nub.*	S.	S.	S.	Pluv.
Ser.	*Ser.Nub.*	*Ser.Nub.*	N.	S.O.	S.	*Dies*
Ser.Nub.	*Nub.Ser.*	*Ser.*	N.E.	S.	N.O.	Pluv. 6 Fulg. 8 Neb. 8 Tonit. 1
Nub.	*Nub.*	*Nub.*	O.	N.	N.E.	

EPHEMERIDES

AERIS INTERNI

SEU CONTENTI

INTRA INSTITUTI CLINICI PARIETES

A mense Mart. ad mensem Aug. 1816.

Mense Martii 1816.

	Barometrum			Thermometrum			Hygrometrum		
	Mane hor. 7.	*Post Mer. hor.* 2.	*Vespere hor.* 9.	*M. h.* 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.	*M. h.* 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.
Dies	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.
1	27 11 9	28 0 9	28 1 1	9	10	9			
2	28 3 6	28 3 2	28 3 3	10	10	10			
3	28 3 1	28 1 9	28 1 9	10	11	10			
4	28 1 4	28 1 2	28 2 2	10	12	10			
5	28 2 3	28 2 4	28 2 5	10	12	12			
6	28 2 7	28 2 7	28 2 5	13	13	14			
7	28 1 3	27 11 8	27 10 4	12	14	14			
8	27 9 2	27 8 4	27 10 7	13	13	14			
9	27 9 9	27 9 7	27 9 7	12	14	13			
10	27 9 8	27 10 1	27 9 7	12	13	13			
11	27 11 9	28 0 0	28 1 7	11	12	12			
12	28 2 2	28 3 1	28 5 2	11	12	12			
13	28 4 3	28 4 5	28 4 4	9	12	12			
14	28 4 4	28 4 4	28 4 4	12	15	13			
15	28 3 3	28 2 8	28 3 9	11	14	14			
16	28 1 1	28 0 7	28 0 0	13	14	14			
17	27 9 6	27 11 0	27 9 8	13	14	14			
18	27 8 8	27 8 4	27 9 8	13	13	12			
19	27 9 8	27 9 0	27 8 7	12	13	13			
20	27 8 9	27 7 4	27 8 7	12	12	13			
21	27 8 0	27 8 7	27 9 7	12	13	12			
22	27 9 3	27 9 5	27 10 9	13	12	13			
23	27 11 2	27 9 1	27 11 1	14	12	14			
24	28 1 6	28 1 5	28 1 9	11	13	14			
25	28 2 2	28 1 8	28 1 4	12	13	13			
26	28 1 4	28 0 7	28 0 6	11	13	14			
27	28 0 0	27 11 1	27 11 6	12	13	13			
28	27 10 3	27 9 9	27 10 3	13	12	12			
29	27 10 3	27 9 6	27 10 4	11	10	11			
30	27 10 6	27 11 5	28 0 7	10	10	10			
31	28 1 7	28 1 9	28 2 7	9	10	10			
Max.	28 4 4	28 4 5	28 5 0	14	14	14			
Med.	28 0 2	27 11 9	28 0 4	11	12	12			
Min.	27 8 0	27 7 4	27 8 7	9	10	9			

Mense Aprilis 1816.

	Barometrum			Thermometrum			Hygrometrum		
	Mane hor. 7.	*Post Mer. hor.* 2.	*Vespere hor.* 9.	*M. h.* 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.	*M. h.* 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.
Dies	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.
1	28 2 7	28 2 1	28 2 2	10	10	10			
2	28 1 9	28 1 0	28 1 9	10	10	10			
3	28 0 7	28 0 3	28 1 4	10	11	11			
4	28 1 1	28 2 2	28 3 4	11	11	11			
5	28 3 4	28 2 8	28 3 1	12	13	12			
6	28 1 7	28 0 0	27 11 1	13	13	12			
7	27 9 2	27 8 6	27 10 0	13	13	13			
8	27 9 0	27 9 0	27 10 0	13	14	14			
9	27 10 7	27 7 0	27 11 2	14	13	14			
10	27 11 5	27 11 9	28 0 2	15	14	15			
11	28 0 3	28 11 3	28 0 5	15	16	16			
12	28 1 4	28 2 1	28 1 9	15	15	16			
13	28 1 6	28 1 6	28 1 3	14	15	16			
14	28 1 0	28 0 6	28 0 0	14	15	14			
15	27 11 4	27 11 3	27 10 8	15	15	15			
16	28 0 0	28 0 8	28 1 5	13	14	14			
17	28 2 2	28 2 0	28 3 0	14	14	14			
18	28 1 7	28 1 2	28 1 5	14	15	15.			
19	28 1 5	28 1 6	28 1 7	15	15	16			
20	28 2 4	28 2 1	28 2 7	16	16	16			
21	28 3 8	28 2 6	28 2 8	15	17	17			
22	28 2 1	28 1 5	28 2 4	15	18	17			
23	28 1 9	28 0 8	28 0 6	16	17	16			
24	28 0 3	28 0 5	28 1 5	17	16	16			
25	28 1 5	28 1 6	28 1 5	16	16	16			
26	28 2 8	28 3 0	28 1 4	16	15	16			
27	28 0 2	27 11 5	28 0 9	16	16	17			
28	28 0 3	28 0 2	28 0 9	16	16	17			
29	28 0 2	28 0 1	28 0 2	16	16	16			
30	27 11 5	27 11 7	27 11 9	14	16	15			
Max.	28 3 8	28 2 10	28 3 4	17	18	17			
Med.	28 0 9	28 0 3	28 1 0	14	14	14			
Min.	27 9 0	27 7 0	27 10 0	10	10	10			

Mense Maji 1816.

	Barometrum			Thermometrum			Hygrometrum		
	Mane hor. 7.	*Post Mer. hor.* 2.	*Vespere hor.* 9.	*M. h.* 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.	*M. h.* 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.
Dies	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.
1	27 11 5	27 10 8	27 11 8	14	16	16			
2	28 0 0	27 11 7	27 11 3	15	16	15			
3	28 1 1	28 1 0	28 2 9	14	16	16			
4	28 4 0	28 2 8	28 3 1	15	16	16			
5	28 3 1	28 3 3	28 3 0	15	16	16			
6	28 2 3	28 1 8	28 1 0	15	16	15			
7	28 0 2	28 0 9	28 0 5	15	16	16			
8	28 2 0	28 1 1	28 1 2	15	16	16			
9	28 0 6	28 0 2	27 11 5	15	16	15			
10	27 11 7	28 0 7	28 1 4	15	16	15			
11	28 1 3	28 1 8	28 1 0	13	15	15			
12	27 10 7	27 11 3	27 11 7	15	15	15			
13	27 11 5	27 11 7	27 11 9	14	15	13			
14	27 10 0	28 1 3	28 3 0	13	15	15			
15	28 2 4	28 2 4	28 2 9	14	15	15			
16	28 3 0	28 2 7	28 2 7	14	15	15			
17	27 11 0	28 1 6	28 1 3	14	15	15			
18	28 3 0	28 2 1	28 2 6	15	16	15			
19	28 1 1	28 2 0	28 1 7	16	17	16	21	22	20
20	28 1 0	28 0 9	28 1 4	16	17	15	20	21	19
21	28 1 1	28 0 4	28 1 2	17	18	17	18	19	18
22	28 0 1	27 11 4	28 1 4	17	17	17	19	19	18
23	28 0 2	28 0 5	28 1 2	17	18	17	20	22	21
24	28 1 6	28 1 9	28 2 4	16	17	17	20	22	21
25	28 2 7	28 2 8	28 2 8	16	18	18	20	24	22
26	28 3 0	28 2 5	28 3 1	17	18	17	20	25	21
27	28 2 8	28 2 0	28 2 1	17	17	17	19	19	19
28	28 1 0	28 0 5	28 0 4	17	18	17	19	20	20
29	27 11 9	28 0 0	28 0 3	17	17	16	18	18	18
30	28 0 3	28 0 4	28 0 9	17	16	17	18	17	17
31	28 0 6	28 0 7	28 0 7	17	17	17	18	18	17
Max.	28 3 10	28 3 3	28 3 1	17	18	18	21	25	22
Med.	28 1 0	28 1 1	28 1 4	15 3	16 3	15 8	19 3	20 4	19 3
Min.	27 10 0	27 10 8	27 11 3	13	15	13	18	17	17

Mense Junii 1816.

	Barometrum			Thermometrum			Hygrometrum		
	Mane hor. 7.	*Post Mer. hor.* 2.	*Vespere hor.* 9.	*M. h.* 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.	*M. h.* 7.	*P. M. h.* 2.	*V. h.* 9.
Dies	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.
1	28 1 0	28 1 0	28 0 8	18	18	17	17	18	17
2	28 1 3	28 0 8	28 1 7	17	18	18	18	20	18
3	28 1 4	28 1 1	28 0 9	17	18	18	18	20	18
4	28 0 4	28 0 9	28 0 2	17	19	18	19	20	19
5	28 1 0	27 11 5	27 11 3	18	19	18	20	21	19
6	27 10 8	27 10 4	27 10 8	18	19	18	18	21	20
7	27 11 3	27 11 6	27 11 7	17	18	17	20	21	23
8	28 0 0	27 11 9	27 11 1	14	17	16	21	24	23
9	27 11 2	27 11 0	27 11 3	14	17	16	21	24	21
10	27 11 1	27 11 0	27 11 2	16	17	16	21	22	23
11	27 11 2	27 11 0	28 0 4	16	17	17	20	21	19
12	28 0 5	28 0 7	28 1 7	17	19	18	20	24	22
13	28 2 4	28 2 7	28 2 5	18	19	18	20	22	22
14	28 1 7	28 1 1	28 1 2	18	19	19	21	24	21
15	28 1 3	28 1 7	28 1 7	18	19	18	20	22	21
16	28 2 9	28 1 8	28 2 0	18	19	18	19	22	20
17	28 1 7	28 1 2	28 2 5	17	19	18	20	21	20
18	28 0 8	28 0 5	28 0 5	16	17	17	21	21	21
19	28 0 4	28 0 6	28 0 9	16	17	17	20	22	21
20	28 0 1	28 1 2	28 0 8	17	18	17	20	22	21
21	28 1 3	28 1 4	28 1 9	17	18	18	19	21	21
22	28 1 7	28 1 8	28 2 9	17	19	18	20	21	21
23	28 2 9	28 2 3	28 2 1	17	19	18	20	23	21
24	28 1 0	28 0 4	28 0 3	18	19	19	20	20	19
25	27 11 6	27 11 9	28 0 4	18	19	18	19	21	21
26	28 1 9	28 0 0	28 1 8	17	19	18	21	21	22
27	28 3 0	28 3 0	28 2 0	18	18	18	21	22	21
28	28 1 2	28 1 2	28 1 3	17	18	17	22	22	20
29	28 1 9	28 0 9	28 1 0	17	18	18	20	24	21
30	28 1 4	28 1 5	28 1 4	17	18	18	21	21	22
Max.	28 3 0	28 3 0	28 2 9	18	19	19	22	24	23
Med.	28 0 9	28 0 7	28 0 9	17	18	17	20	21	20
Min.	27 10 8	27 10 4	27 10 8	14	17	16	17	18	17

Mense Julii 1816.

	Barometrum			Thermometrum			Hygrometrum		
	Mane hor. 7.	*Post Mer. hor. 2.*	*Vespere hor. 9.*	*M. h. 7.*	*P. M. h. 2.*	*V. h. 9.*	*M. h. 7.*	*P. M. h. 2.*	*V. h. 9.*
Dies	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Pol. L. D.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.
1	28 1 4	28 1 5	28 0 0	17	19	18	21	21	21
2	27 11 6	27 11 8	27 11 9	17	18	17	21	24	21
3	28 1 0	27 11 9	28 1 2	17	18	18	21	23	23
4	28 1 4	28 1 5	28 2 0	17	18	17	21	23	21
5	28 2 6	28 2 6	28 2 4	17	17	17	21	22	21
6	28 2 3	28 2 1	28 2 2	17	18	17	21	26	23
7	28 2 2	28 1 6	28 2 9	17	18	17	23	20	20
8	28 3 9	28 2 2	28 2 7	17	20	19	18	25	21
9	28 2 8	28 3 0	28 2 7	18	20	19	20	28	24
10	28 2 2	28 1 9	28 2 3	19	21	20	24	33	33
11	28 1 5	28 1 0	28 0 6	20	20	20	23	22	23
12	28 0 5	28 0 0	27 11 9	19	18	18	22	27	23
13	28 0 3	28 0 4	28 1 1	17	19	18	24	26	24
14	28 2 1	28 2 2	28 2 6	18	19	18	23	26	22
15	28 2 7	28 0 1	28 0 7	18	19	18	23	24	22
16	28 2 1	28 2 2	28 2 1	18	20	20	23	21	21
17	28 1 1	28 1 6	28 1 4	19	19	20	19	23	22
18	28 3 2	28 2 5	28 2 4	17	18	17	22	24	23
19	28 2 5	28 2 5	28 1 9	17	19	18	22	23	24
20	28 2 5	28 2 3	28 2 3	18	20	19	22	37	24
21	28 2 1	28 1 4	28 2 2	19	20	20	23	27	24
22	28 1 5	28 1 3	28 1 5	20	20	20	23	22	21
23	28 1 4	28 1 2	28 1 5	19	20	20	20	23	23
24	28 1 5	28 1 3	28 1 3	19	20	20	22	23	23
25	28 2 1	28 2 3	28 2 1	19	20	20	20	22	21
26	28 2 5	28 2 3	28 2 4	19	20	20	21	23	22
27	28 2 5	28 2 2	28 2 4	18	20	19	26	28	25
28	28 2 3	28 2 4	28 2 2	17	19	19	23	25	24
29	28 1 3	28 1 9	28 0 0	17	20	19	21	30	27
30	27 11 7	27 11 9	27 11 9	19	21	21	25	22	25
31	28 1 2	28 1 3	28 0 9	18	19	19	22	25	22
Max.	28 3 9	28 3 0	28 2 9	20	21	21	26	37	33
Med.	28 1 7	28 1 5	28 1 9	18	19	19	22	24 8	23
Min.	27 11 6	27 11 8	27 11 9	17	17	17	20	20	20

Mense Augusti 1816.

	Barometrum			Thermometrum			Hygrometrum		
	Mane *hor.* 7.	*Post Mer.* *hor.* 2.	*Vespere* *hor.* 9.	*M.* *h.* 7.	*P. M.* *h.* 2.	*V.* *h.* 9.	*M.* *h.* 7.	*P. M.* *h.* 2.	*V.* *h.* 9.
Dies	Pol.L. D.	Pol.L. D.	Pol.L. D.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.	Gr.
1	28 2 0	28 1 5	28 2 0	19	20	20	21	22	22
2	28 4 0	28 0 1	28 3 2	18	20	20	21	24	23
3	28 3 2	28 2 7	28 2 8	18	21	20	24	27	28
4	28 2 4	28 2 3	28 2 8	17	23	21	24	33	27
5	28 2 4	28 2 6	28 2 9	19	24	22	24	32	32
6	28 2 9	28 3 0	28 3 1	21	25	23	26	35	33
7	28 2 1	28 2 8	28 2 5	20	23	21	26	32	30
8	28 2 7	28 2 0	28 2 9	19	22	21	28	31	27
9	28 1 6	28 1 3	28 1 8	20	22	21	26	29	28
10	28 2 0	28 2 4	28 3 0	20	22	21	26	29	28
11	28 3 4	28 3 4	28 3 0	21	23	22	25	29	28
12	28 3 2	28 3 3	28 2 8	21	23	21	26	28	25
13	28 3 0	28 2 5	28 2 7	21	23	21	24	28	26
14	28 2 9	28 3 0	28 2 8	19	21	21	26	28	27
15	28 1 8	28 1 9	28 1 8	19	21	21	24	26	25
16	28 1 7	28 1 4	28 1 5	19	21	21	24	28	26
17	28 0 2	28 0 4	28 0 3	18	19	18	24	25	26
18	28 0 7	28 0 6	28 0 5	18	19	19	23	26	25
19	28 0 8	28 0 9	28 1 4	18	18	19	23	29	28
20	28 1 8	28 0 9	28 1 9	17	18	18	27	27	28
21	28 1 7	28 0 8	28 1 5	17	18	18	27	27	27
22	28 1 0	28 0 9	28 1 2	17	18	17	25	27	23
23	28 2 0	28 0 8	28 2 9	15	16	17	25	28	25
24	28 2 2	28 0 7	28 2 4	15	17	17	24	29	24
25	28 2 3	28 1 2	28 1 1	16	18	17	22	23	23
26	28 0 4	28 0 1	28 0 8	15	17	17	22	26	27
27	28 2 2	28 2 5	28 2 8	16	18	17	25	32	26
28	28 4 0	28 3 6	28 3 9	15	18	17	27	28	26
29	28 3 9	28 3 5	28 3 8	16	18	17	23	27	25
30	28 2 8	28 2 1	28 3 9	18	18	17	26	26	25
31	28 1 0	28 0 2	28 3 4	17	18	17	22	27	28
Max.	28 4 0	28 3 6	28 3 9	21	25	23	28	35	33
Med.	28 2 2	28 1 7	28 2 3	18	20 5	19	24	28	26
Min.	28 0 2	28 0 1	28 0 3	15	17	17	22	22	22

TABULA DIÆTETICA

OSTENDENS

Diversas ægrorum victus rationes, earumque denominationes, quæ in Archinosocomio S. Spiritus, atque in Clinico Instituto adhibentur.

I. *Tertia*	II. *Absq. pane*	III. *Absq. pane cum vino*	IV. *Diaeta*	V. *Diaeta et vinum, seu Semivictus*	VI. *Vinum*	VII. *Caro, seu Plenus Victus*	ANIMADVERSIONES.
Juris Vaccini unc. 8 cum Ovi vitello.	Jusculi farinacei Drac. 10 Ovum sorbile.	Jusc. farin. Drac. 10 Ovum sorbile. Vini unc. 6	Pan. unc. 4 Jusc. farin. Drac. 10 Ovum sorbile.	Pan. unc. 4 Jusc. farin. Drac. 10 Ovum sorbile. Vini unc. 6	Pan. unc. 6 Jusc. farin. Drac. 10 Ovum sorbile. Vini unc. 6	Pan. unc. 6 Jusc. farin. Drac. 10 Car. Vacc. unc. 3. Vini unc. 6	M. *Mane* tribus horis ante meridiem. V. *Vespere* tribus horis ante noctem. Juscula, quamvis semper farinacea sint, diversa tamen conflantur materie singulis hebdomadæ diebus; eorumque pondus ad crudam materiem refertur. Die, qua ægri e Nosocomio communi vel Clinico egrediuntur, duplam recipiunt vini quantitatem; et rheda vecti in convalescentium hospitium transeunt, ibique triduo permanent. Horæ, quibus *Tertiae*, vel *Absque pane* ægris exhibentur, variare possunt ad medici libitum. *Tertiis*, et *Absque pane* addi possunt pro medici arbitrio panis segmenta vino madida, jura cum ovorum vitellis, et juscula ex pane contrito.
M. et V.	M. et V.	M. et V.	M. et V.	M. et V.	M. et V.	M. et V.	

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Tabula indicans ægrotantium in Clinico Instituto singulis mensibus receptorum numerum, sexum, morbos, et exitus.

	Nov. 1815	Dec. 1815	Jan. 1816	Feb. 1816	Mar. 1816	Apr 1810	Mai 1816	Jun. 1816	Jul. 1816	Aug 1816	Sum.
Recepti	24	20	17	8	32	32	18	24	18	34	227
Viri	20	16	13	7	25	26	14	19	16	32	188
Fœminæ	4	3	4	1	6	6	3	5	2	2	36
Pueri		1			1		1				3
Convalescentes e	23	19	13	6	27	29	17	22	14	34	203
Feb. interm. simp.	10	7		3	4	5	3	6	4	27	69
Feb. perniciosa	3	4									7
Feb typho	1		1					2	1		5
Feb. gastrica					1	2	2				5
Feb. rheumatica	5	5	6	1	6	9	4	3	2	1	42
Feb. synocho simp.	1		1	2					1		5
Feb. ephemera								7	1		8
Pleuritide		2	4		10	8	3	1	1	1	30
Angina						1					1
Variolis					3			2	1	3	9
Morbillis					1		1		1		3
Erysipelate					1						1
Dysenteria							1		1	2	4
Menorrhagia	1	1									2
Epilepsia	1								1		2
Scyrrho interno								1			1
Hemiplegia					1						1
Ischiade						2					2
Cephalæa period.	1										1
Syphilide			1			1	1				3
Lumbagine						1					1
Ischuria							1				1
Mortui	1	1	4	2	5	3	1	3	4	0	24
Feb. typho					1	1					2
Feb. putr. gastr.		1		1							2
Pleuritide	1		3		2						6
Menorrhagia								1			1
Phthysi pulm.				1	1			1	1		4
Ascite			1		1	1			1		4
Scyrrho interno							1		1		2
Abscessu hepatis								1	1		2
Ictero						1					1

Animadversiones.

In puerorum numero comprehenduntur decimum ætatis annum non excedentes utriusque sexus.

Quod omnes medici in praxi versati facile norunt, ex præsenti Tabula evidentissime patet, difficiliorem esse chronicorum morborum curationem. Ex 120 ægris acuto morbo affectis 110 convaluere, et 10 tantum periere: ex 27 chronico morbo laborantibus 14 perierunt, et 13 tantummodo sanitati restituti sunt, iique omnes nec perfecte, nec sine reversionis metu. Immerito itaque Celsus inquit ignoscendum esse medico parum proficienti in acutis morbis quam in longis. Huic sententiæ non modo Aretæus, sed plures alii tam veteres quam recentiores contradicunt, quos inter Cl Sydenam, qui multa, et diligenti experientia circa utriusque generis morbos instructus verissime scripsit, artem deficere in curatione morborum chronicorum, et Swietenius qui candide fatetur chronicos morbos longe difficilius acutis eradicari posse. Idque ob eam potissimum causam, quia ut ipsemet Sydenam ait, natura in hujusmodi morbis non habet methodum tam efficacem, qua materiem morbificam foras ejiciat, perinde atque in acutis, qua nos cum eadem manus jungentes, et ad debitum dirigentes finem, morbum debellare valeamus. Organica insuper compages in morbis hisce læsa ut plurimum est, soluta, atque immutata in affectis præcipue partibus, unde in eos ars manca est, et claudicat. Longius idcirco tempus horum morborum, quod prima fronte tam arti quam artifici favere videtur, cum remedia eligere, multiplicare, variare, ac diutius exhibere permittat, artis medicæ paupertatem clarius ostendit, et artificis existimationi non minus quam ægrotantium valetudini nocere magis quam prodesse solet, contra Celsi sententiam.

TABULÆ HISTORICÆ

QUORUNDAM ÆGROTANTIUM,
QUI IN INSTITUTO CLINICO ROMANO
CURATI FUERE

A mense Novemb. 1815 *ad mensem Aug.* 1816.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Francisca Scipioni Romana.

DOCENTE D. TAGLIABO
Num. Lecti 1.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
14 *Novemb.* 1815.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 40	*Strigosa*	*Sarcinatrix*	*Romae*	*Febris Rheumatica.*	10 *Novembr. Vespere.*	*Exercitium corporis ventoso die.*	*Dolor capitis, et lumborum: mox horror, et febris, dolor lateris, et ad scapulam sinistram, tussis sicca, respiratio difficilis, nox vigil; omnia sic per triduum continuata.*	*Ter secta vena cubiti. Vesic. duo brach.; Decoctum pector.*	*Pleuroperipneumonia*	*Febres intermittentes, et rheumaticae.*	*Umida, et frigida.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	ANIMADVERSIONES
1	*Vespere. Febris, pulsus durus, celer, contractus, genarum rubor, tussis sicca, lingua aspera, et sicca, sitis, spiratio gravis, dolor lateris, et ad scapulam sinistram, urinae paucae, et flammae.* *Nox anxia, et laboriosa.*	*Decoct. hord. cum oxymell.* *Idem.*	*Sanguis ex brach. ad unc. VIII.*	*Tertia*		B. 27. 9. 9 T. 10. 7. H. 7. 7.	*Sanguis corio obductus.*
2	*Mane: Pulsus amplior; caetera item.* *Vespere. Urina crassa, rubra, et copiosa, ventris dolores.* *Noctu egestio varie colorata.*	*Idem.*	*Sanguis ex br. ad unc. VIII. Vesic. femoribus.*	*Idem.*		B. 27. 7. 6 T. 11. 1. H. 8 8.	*Sanguis corio obductus.*
3	*Mane: Pulsus parvus, duriusculus tamen, celerrimus. Escreatus salivae similis, spiritus strepens.* *Vespere: Respiratio magna, et per longum tempus. Nocte item.*	*Decoct. Polyg. cum syrupo tot. Citri. Look alb. Bolus ex Kermes miner. g.ss singulo bihorio: vapor calidus spongia haustus.*	*Rubefacientia ad latera.*	*Idem*		B. 27. 8. 8 T. 10. 1. H. 17. 7.	
4	*Mane: Dolor lateris evanidus. Decubitus erecto corpore. Facies inmutata.* *Vespere item.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 27. 10. 2 T. 8. 3. H. 12. 4.	
5	*Mane: Respiratio rara, subito revulsa, ac veluti retracta.* *Vespere.: Facies hippocratica. Mors hora sexta noctis.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 27. 4. 9 T. 8. 0 H. 9. 7.	

SECTIO CADAVERIS.

Pulmo sinister pleuræ costali firmiter adhæret: interior ejus substantia hepatis naturæ similis est, ejusque lobulus, qui superiorem partem tenet, tophaceam concretionem præbet vix cultro separabilem. Dexter pulmo nihil exhibet observatione dignum, præter lividum colorem, ac vasa atro sanguine distenta.

E P I C R I S I S.

Infaustum hujus morbi præsagium præseferebat *lumborum dolor*, *ex quo aegritudinis principia difficilia sunt* Hippocratis sententia. Idque confirmarunt fortes capitis dolores, et continui, somnus laborem faciens, spiritus densus, et offendens, quæ omnia *incendium intus delitescere, et gravem inflammationem imminere locis supra septum transversum* significant. Tertia autem die febris eodem tenore decurrit, et ter jam secta vena, nihil præclari ausa fuit natura per sputorum repurgationes. Vehemens igitur, et sicca erat pleuritis, ac judicatu *difficillima*, quoniam faciliores solutiones exspectandæ sunt in hoc morbo, ubi *sputum tertia die maturari, ac exspui incipit*, posterius vero semper deteriores, vel tardiores. Quod anamnesticus morbi status indicaverat, ratum fecit dies quartus, qui primus est ab ingressu in Clinicum Valetudinarium. Febris etenim exasperatur, neque iterum secta vena dolores sedantur, aut laudabile quid expuitur. Urina insuper flammea est, rubro colore scintillans absque nubecula vel sedimento, quæ omnia cum extremos labores faciant, celeriter quoque judicanda sunt. Non autem die septimo: statuit namque Medicinæ parens Hippocrates, febres non aliis diebus, quam quibus exacerbantur, judicari. Jam vero febris die quarto exasperata est, die ergo pari, sexto nimirum, vel octavo judicanda. Ob symptomatum ferociam sextus valde pertimescendus erat, nisi quinto die suum opus aliquantisper molita esset natura per urinas copiosas, crassioresque. Verum licet in melius mutari visæ sint urinæ, fuerunt tamen imperfecte judicatoriæ: Necquiquam etenim mitescit febris, imo alterum ex pessimis signis accedit, *alvi egestio varie, et abunde colorata*, cum ventris doloribus. Quare fatale bellum indixerat morbus, et sub fallaci doloris quiete, quæ die septima apparuit, instantem ægræ obitum in octavo, prout contigit, prænunciabat. Ex his patet pleuroperipneumoniam, qua mulier detinebatur, ad illum statum pervenisse, qui auxilium non admittit, nisi pulmo repurgetur; et quoniam in hoc statu nihil omnino expuere, tussim tantummodo siccam habere, urinas tenues et acres reddere, ac difficile spirare cum febre acuta, genarum rubore, lingua arida, et calida, siti ingenti, et anxietate, vehementis ipersthenicæ inflammationis signa sunt, hujus resolutionem adhuc tentandam esse existimavimus omnium principe auxilio, venæ sectione. Ubi etenim totus jam ardet Ucalegon, et res ægri in pejus ruunt *prae suffocatione, robore, et impetu morbi superantibus*, non a dierum numero desumi debet sanguinis mittendi contraindicatio, sed a morbi, ægrique statu, et natura.

Tab. Hist. I.

Historiam morbi conscripsit Doctor Carolus Hieronymus Carlotti Neapolitanus.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Petrus De Gregorio Picenus

DOCENTE D. TAGLIABO
Num. Lecti 1.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
18 *Novemb.* 1815.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 17	*Fortis*	*Agricola*	*Extra portam Ostiensem.*		13 *Novembr.*	*Umiditatis actio in corpus excalefactum.*	*Febris cum horrore singulis diebus revertens, et dolor capitis. Quarta die ante febris paroxismum levis torporis sensus in extremitatibus digitorum manus dexterae.*		*Tertiana Perniciosa cum torpore digitorum manus dexterae.*	*Tertianae, Pleuritides, Febres rheumaticae.*	*Umida, et frigida.*	

Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.		Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
Dies 1	*Vespere: Febris mitis, lingua muco albo obducta, os amarum, levis torporis sensus in digitis manus dexterae.*	*Decoctum hordei pro potu.*		*Tertia*		B. 27. 4. 9 T. 8. 0. H. 9. 7.	Torporis sensus in extremitatibus digitorum manus dexteræ non solum præcedit, sed concomitatur febris paroxismos.
2	*Mane: Apyrexia.* *Vespere: Torpor digitorum, mox ad carpum, et ad humerum usque: horror, et febris, facies collapsa, pulsus parvus, inaequalis, jactatio corporis, mens parum constans, tinnitus aurium, lingua arida, et sicca, virium prostratio, suspiria: Nox inquieta, sudor capitis frigidus.*	*Radic: Ipecac: scrup. I. Tartrit. Antimon. Potassae gr. ss.* *Haustus excitans ex Aq. Cinnam. unc. I. Liq. anod. et Laud. liq. g. XII.*	*Vesicantia femoribus*	*Idem cum vino*		B. 28. 1. 9. T. 6. 4. H. 23 1.	
3	*Symptomatum, febrisque intermissio.* *Vespere: Febris accessio lenis, torpor digitorum vix sensibilis.*	*Chinae Chinae unc. II.*		*Idem*		B. 28. 0. 3 T. 10. 8. H. 19. 3.	
4	*Sudor universalis, urinae lateritiae.* *Vespere: Pulsus vix frequens.*	*Ch. Ch. unc. I. et ss*		*Diaeta*		B. 27. 10. 3 T. 11. 6. H. 2. 3.	
5	*Cutis mador, apyrexia perfecta.* *Vespere: Item.*	*Ch. Ch. unc. ss.*		*Semivictus*		B. 28. 0. 4 T. 11. 2 H. 18. 5.	
6	*Item.*	*Ch. Ch. Drachm. II.*		*Plenus victus.*		B. 28. 0. 3 T. 11. 5. H. 9. 4.	
7	*Item.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 27. 8. 0 T. 11. 8. H. 17. 9.	
8	*Rediit ad suos perfecte sanus.*	*Idem*		*Idem*		B. 28. 1. 2 T. 9. 8. H. 15. 5.	

EPICRISIS.

Singulare exemplum malignæ febris intermittentis nobis exhibet hic æger propter torporem digitorum manus dexteræ, quo ipse corripiebatur ante singulos tertianæ duplicis paroxismos. Prima die, nullis cæteroquin existentibus pravis signis, cumque de agresti homine ageretur, qui fodiendo terram pane vescebatur, leve illud incommodum violentiori manus exercitio, potiori jure referri posse videbatur. At ignis, qui sub cinere latebat, altera febris accessione palam in conspectum venit ferale exitium inducturus, nisi Chinachina suscitatos ardores illico extingueremus. Cæterum haud dubitandum erit de vera hujus febris perniciosa indole, ejusque periodo. Ut enim stadia invasionis, incrementi, status, et decrementi, quæ una cum febre torpor ille percurrit, manifestum ipsius circuitum faciebant, sic quoque alteram conditionem, quæ necessario requiritur, nempe febris malignitatem, declarabant facies collapsa, pulsus, et virium dejectio, quæ omnia febris accessum comitabantur, nec amplius supererant, febre decedente, præter debilitatem. Monitum idcirco volumus ad praxeos utilitatem perniciosas febres longe fœcundiores, ac numerosiores esse quam vulgo censetur, neque a solo typo, aut a determinato symptomate, sed a malignitate potissimum earum naturam desumendam esse. Quicumque enim fuerit circuituum ordo, vel peculiaris symptomatis natura, dummodo febris periodica fuerit, ac malignitatis notas præseferat, camdem semper curationem requirit, vesicantia nimirum, et corticem peruvianum, quæ opportune adhibita, ut ait Lancisius (1), *jure meritoque apud nos specifica medicamenta perniciosarum hujusmodi febrium dici possunt, cum salus multorum iisdem constiterit.*

(1) *De nox. palud. efflux. tom.* 1. *p.* 2. *epid.* 1.

Tab. Hist. II.

Historiam morbi conscripsit D. Joseph Ciatti Romanus Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
*Michael F** Romanus.*

DOCENTE D. TAGLIABO'
Num. Lecti 1.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
25 *Novemb.* 1815.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 24	*Gracilis*	*Anaglyptorum sculpt.*	*Ad Thermas Dioclet*	*Febres periodicae.*	10 *Novembr.* 1814.	*Somnus pomerid. sub diu.*	*Febris tertiana, modo simplex, modo duplex, interdum per longiora intervalla recurrens; a die vero decima Novembris duplex facta.*	*Ch.Ch.unc.II. mox decocta amara.*	*Tertiana duplex nervosa.*	*Tertianae febres, et rheumaticae. Pleuritid.*	*Umida, et frigida.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	ANIMADVERSIONES
1	*Vespere: Febris cum leui horrore, dolor capitis, abdominis plenitudo, alvus stricta.*	*Decoctum hordei pro potu.*		*Tertia*		B. 28. 1. 2 T. 9. 8. H. 15. 5.	*Venter dejecit multa faetida, et glutinosa.*
2	*Mane: Fere apyrexia, urina cum sedimento lateritio, ventris tormina.* *Vespere: Febris reversio cum frigore.*	*Decoct. Radic. Tarax. lib.III. cum sal. Tart. drac.II., et oxym.S.Q.*		*Idem.*		B. 27. 11. 0 T. 5. 9. H. 8. 0.	
3	*Mane: Apyrexia; dolor tamen capitis continuus.* *Vespere: Iterum febris. Nox inquieta, dejectio virium.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 27. 10. 2 T. 5. 9. H. 13 2.	
4	*M. Pulsus frequens, debilis, et inaequalis, mentis obnubilatio, tendinum subsidtus, facies pallida, corporis inquietudo. Vesp. Febris aucta, nox suspiriosa.*	*Infus. Rad. Valer. Sylv. cum extrac. Ch. drac. II. Aetheris Sulph. g. XL., et Syr. tot. cit.*		*Idem*		B. 28. 0. 7 T. 6. 7. H. 4. 8.	
5	*Mane: Item.* *Vespere: Febris exacerbatio, desipientia levis.*	*Idem, et insuper Haustus Salinus Frank.*	*Vesicantia brachiis.*	*Idem.*		B. 28. 2. 3 T. 7. 1. H. 8. 2.	
6	*Mane: Remissio febris, cutis mador, urina lateritia. Vespere. Pulsus frequentior, nox tamen quieta, sudor universalis.*	*Idem.*		*Absque pane.*		B. 28. 4. 0 T. 8. 4. H. 14. 5.	
7	*M. Pulsus aequalis, lingua humida, mens constans, alvi egestio cum levamine, urina copiosa cum sedimento rubro. V. Pulsus frequens: Noctu calor cutis, et vigilia contumax.*	*Ch. Ch. unc. I.*		*Idem.*		B. 28. 4. 8 T. 5. 6. H. 5. 3.	
8	*Mane: Apyrexia.* *Vespere: Accessio febris, sed mitis; nox quieta.*	*Ch. Ch. unc. I.*		*Idem.*		B. 28. 4. 9 T. 5. 7. H. 8. 6.	
9	*Mane: Apyrexia, dolor capitis, et sub orbita sinistra. Vespere: Iterum febris cum frigore.*	*Idem, et Haustus paregor. cum aq. Cinn.*		*Idem.*		B. 28. 4. 2 T. 6. 0. H. 7. 9.	
10	*Item: Febris tamen accessio lenis.*	*Ch. Ch. Drach. III. Serum lact. Rhabarbarat. singulo mane sumendum.*		*Absque pane cum vino.*		B. 28. 1. 1 T. 7. 4. H. 10. 9.	
11	*Item, et sic ad 14 diem, quo febris perfecte evanuit.*	*Idem.*		*Semivictus.*		B. 27. 8. 0 T. 7. 7. H. 12. 5.	

EPICRISIS.

Aeger hic, qui ad Thermas Diocletiani degebat (quæ statio in Viminali Colle, æstivo, atque autumnali tempore ob incolarum infrequentiam, hortorumque copiam insalubris est, præsertim inassuetis, licet præ altitudine loci saluberrima videatur,) tertiana febre correptus fuit, quæ peruviano cortice intempestive fubacta, mox tamen usque recurrens, nervosam indolem acquisivit. Duplici ergo de causa erravit æger, nimirum ob corticem nimis præmature sumptum, ac citius dein abjectum. Profecto, quamvis libenter concedamus tertianas autumnales nunquam in salutari commotione consistere, neque criticas esse, neque tolerandas, pro certo tamen habemus hujusmodi febres ratione viscerum infarctorum, et impuritatum, quæ vel fortuito ante morbum, vel morbo jam excitato, in primis viis colliguntur, lentiorem curationem admittere, eosque medicos errare, qui impuris adhuc corporibus chinam devorandam exhibent, parum solliciti de causa morbi, quæ ventriculo inhærens emeticum ante omnia requirit. Diversa etenim ratione materies febrilis profundius in visceribus cogitur, recidivas alit, febrisque diuturnitatem, continuitatemque gignit. Nec satis est alvum movere ad hujusmodi colluviem expellendam, quæ non raro intimius permeare inde videtur, sed emesi omnino opus est, hisce existentibus impuritatibus. Præterea nec laudari meretur ægrorum quorundam protervia, qui semel fugata febre, peruvianum corticem prorsus abjiciunt, et sua corpora dein graviter mulctantes, cautos medicos ignorantiæ insimulant, qui reseratis jam obstructionibus ad recidivas cohibendas, corrigendumque febrilem habitum, pro viribus suadent continuandum esse corticis usum cujus ope, non modo febris tollitur, sed recidivæ optime præcaventur, adaugetur robur, sanitas confirmatur. Id itaque monitum volumus, ut qui Romano cœlo intermittentem febrim passus fuerit, non ad aliquot tantum insequentes dies, sed ad hebdomadas, et quandoque etiam ad mensem, febrifugi portiuncula utatur singulis diebus, donec vel vires perfecte consistant, vel mutata fuerit anni tempestas, ne sensim a febre debilitato corpore diuturni affectus oriantur, maxime vero nervosa phænomena, quæ in tertiana duplici magis pertimescenda sunt ob protractos ejus paroxismos, apparentemque continuitatem, ut contigit huic ægro, qui non ante convaluit, quam aucto, et protracto corticis usu, aliisque additis aptioribus stimulis.

Historiam morbi conscripsit Doctor Raphael Moreschini Camers.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI	DOCENTE D. TAGLIABO'	DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
Gaspar Marsiglioni Picenus.	*Num. Lecti 4.*	14 *Decemb.* 1815.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 50	*Strigosa*	*Agricola.*	*In Agr. Rom. Extra portam Ostiensem.*		13 *Decembr.*	*Corporis exercit. flante Borea.*	*Lassitudo, tusis, et raucedo, deinde horror, et febris, dolor gravativus sub sterno, dyspnoea.*	*Aquae calidae potus.*	*Quartana duplex pneumonic. perniciosa.*	*Febres tertianae, et catarrhales.*	*Umida, et frigida.*	*Hernia inguinali laborat Aeger.*

	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
Dies 1	*Vespere: Pulsus magnus, undosus, pectoris angustia, tussis frequens, dolorifica, sputa cum striis sanguineis, genarum rubor, lingua sicca, urinae rubrae. Nocte item, et alvus soluta.*	*Decoct. hord. cum oxymelle.*	*Sanguis ex br. ad unc. VIII. Nocte iterum.*	*Tertia,*		B. 27. 11. 6 T. 2. 7. H. 28. 3.	*Uterque sanguis corio obductus.*
2	*M. Febris, et symptomatum intermissio, sputum copiosum flavum. V. Levis horripilatio, iterum labores pneumonici. Nox anxia.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 27. 0. 2 T. 3. 8. H. 25. 2.	
3	*M. Pulsus frequens, tussis molesta, alvus fluida. V. Febris cum horrore, tussis sicca, facies intense rubra, dolor capitis, orthopnaea, mox sopor, pulsus tardus, sed plenus, cutis ardor, sudor frontis, et ad claviculam. Ante auroram excutitur aeger, delirat tamen, cutis madet, respiratio minus difficilis.*	*Decoct. hord. sine oxymelle. Diascord. Fr. drach. I.*	*Hirudines IV. temporibus.*	*Idem.*		B. 27. 9. 4 T. 3. 4. H. 23. 3.	
4	*M. Mens bene constat, pulsus parvus, et frequens, facies collapsa, respiratio parum incommoda, excreatus copiosus, urinae lateritiae. Vesp. Vix febris. Nox quieta.*	*Ch. Ch. unciae III. cum Diascordio.*	*Summo mane clyster ex unc. I. ch. ch.*	*Absque pane*		B. 27. 8. 4 T. 5. 1. H. 8. 8.	
5	*M. Apyrexia, dolor tamen acutus super orbitam sinistram. Vesp. Alvus perturbata, pulsus frequens, calor cutis.*	*Chinae Chinae unc. I.*	*Fricat. gastro-opinata ad region. tempor.*	*Diaeta cum vino.*		B. 27. 9. 5 T. 6. 0. H. 10. 2.	
6	*M. Item, tussis vero molesta sine excreatu. V. Iterum symptomata pneumonica, sed mitiora, decubitus inconstans, nox inquieta.*	*Decoct. hord. Ch. ch. unc. semis. Look alb. cum Laud. liq. Syd. g. XX.*		*Vinum.*		B. 27. 8. 2 T. 7. 2. H. 8. 4.	
7	*M. Pulsus frequens, dolor aliquis sub tussi, virium prostratio, sputa copiosa. Vesp. Item.*	*Ch. Ch. unc. semis.*		*Idem.*		B. 28. 1. 1 T. 5. 5. H. 14. 3.	
8	*M. Apyrexia, sudor universalis, nullus dolor ad tempora, urinae lateritiae, sedimentosae. V. Pulsus vix frequens. Nox bona.*	*Decocti saturi ch. ch. cum drach. I. rad. Polig. Virg.*		*Plenus victus.*		B. 28. 2. 0 T. 5. 9. H. 11. 9.	
9	*Mane. Apyrexia. Sputa alba, levia, aequalia, respiratio naturalis. V. Pulsus vix frequens; nox bona.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 28. 0. 8 T. 6. 8. H. 10. 1.	
10	*M. Apyrexia, et sic usque ad 17. diem, quo aeger sanus rediit ad suos.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 27. 11. 5 T. 7. 9. H. 6. 9.	

EPICRISIS.

A regulari paroxismorum ordine, quo febris duobus primis diebus perpetuo accedebat, tertio majori ex parte libero manente; atque ita, ut semper sibi adscisceret symptomata pneumonica, quæ et ipsa die vacuo evanescebant, patet febrim hanc *perniciosam pneumonicam* jure appellandam esse. Non solum itaque de febris periodò quæstio est, sed etiam de singularitate symptomatis: Quartanas namque fædus inire cum doloribus arthriticis, convulsionibus, delirio melancholico, comate, et catalepsi sæpe medici observarunt; imo eas epidemice grassari sine ullis, aut diuturnis judicationibus, et interdum cum ægrorum interitu legimus apud Hippocratem Lib. 3. Sec. 3. de morb. popul. Idem multis contigisse in ea Romana boum pestilentia, quæ verterat in homines auctor est Livius his verbis: *qui inciderant haud septimum diem superabant; qui superaverant, longinquo, maxime quartanae, implicabantur morbo*. Jam vero inflammatoriam pulmonum labem, cujus diathesis ab illa quartanæ febris prorsus abhorret, quæ longis intervallis morbum quiescere sinit, cum eadem conjungi, hoc quidem novùm est, atque inauditum. Interim quod in simplici quartana vix fieri posse deprehenditur, in duplici, quæ protractis paroxismis, tetartophiæ ad instar ad continuitatem accedit, id minus inusitatum, ac peregrinum esse videtur. Quare igitur hac curandi methodo usi fuimus, facile intelligitur. Nempe de pernicie morbi licet suspicantes, attamen post apyrexiam illam, quæ die tertio a prima ejus invasione apparuit, chinam chinam non exhibuimus, etsi bis jam fuerit secta vena ad pneumonica symptomata compescenda. Etenim hæc duo contra febrifugi usum potissimum fecerunt; primum, quia in principiis acutarum affectionum pulmonis fallax, ac dolosa quies non raro observatur, quæ nullam fidem meretur; alterum, quod tum summorum medicorum testimonio, tum propria experientia compertum habemus febres perniciosas pleuriticas præ cæteris perniciosis febribus inducias ferre, nec unquam secundo paroxismo homines enecare. Perspecta tandem morbi indole, generosa manu corticem porreximus, licet adhuc cruenta expueret æger. Hinc febris, et symptomata pneumonica, nec non gravis ille, qui ob retardatum in capite præ angustia pectoris, sanguinis motum, comatosus sopor accessit, ex integro evanuerunt.

(1) *Hist. lib.* 14. *c.* 26.

Tab. Hist. IV.

Historiam morbi conscripsit Joseph Pratilli Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI

Eusebius Antonii Romanus.

DOCENTE D. TAGLIABO'

Num. Lecti 3.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM

24 *Decemb.* 1815.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	Animadvers.
Ann. 18	*Debilis, et lienosa.*	*Typograph. dein miles.*	*Prope litus maris in Calabria.*	*Quartana pluries reversa.*	24 *Decembr.* 1814.	*Labores diu protracti.*	*Quartanae febris accessus, dein febris cum horripilatione singulis diebus, coryza, tussis, dolor capitis, et lateris dexteri.*		*Feb. Proportionata ex quart. et contin. remittente.*	*Febres tertianae, rheumaticae, et Pleuritides.*	*Umida, et frigida.*	

Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.		Methodus Medendi			Conditio Aeris		Animadversiones
		Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Interni	Externi	
Dies 1	*Mane. Pulsus celer et frequens, tussis sicca, calor cutis acer, dolor lateris punctim lacessens, respiratio difficilis. Circa merid. quartanae ingressus cum horrore. V. Febr. continuae exacerbatio, nox inquieta, urinae turbidae, et lateritiae.*	*Potio nitrata.*	*Sanguis ad unc. VIII. ex brach. dext.*	*Tertia*		B. 27. 11. 2 T. 8. 5. H. 9. 5.	*Sanguis corio obductus.*
2	*Cutis mador, tussis molesta, sputum salivae simile. Vesp. Febris exacerbatio, dolor capitis acutus.*	*Idem. Noctu haustus paregoricus.*		*Idem.*		B. 27. 10. 7 T. 7. 5. H. 3. 6.	
3	*Mane: Item, sed sputa densa, et glutinosa.*	*Idem. Look album cochleatim.*		*Idem.*		B. 27. 11. 0 T. 7. 9. H. 8. 5.	
4	*Mane: Item. Quartanae accessus eadem hora. Vesp.: Febris exacerbatio, urinae jumentosae.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 28. 0. 9 T. 8. 0. H. 12. 4.	
5	*Mane: Item cum excreatu faciliori.*	*Idem.*		*Absque pane.*		B. 28. 1. 7 T. 7. 5. H. 7. 6.	
6	*Mane: Item, et sudores copiosi.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 28. 3. 2 T. 6. 3. H. 10. 6.	
7	*M. Item. Circa meridiem nullus quartanae accessus, vespere tamen exacerbat. solita cum horrore, et quasi confunduntur insimul ambo paroxismi.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 28. 2. 7 T. 5. 4. H. 9. 6.	
8	*Mane: Sudores copiosi, pulsus amplus, dejectio alvi aquosa, urinae cum sedimento.*	*Decoct. saturi Ch.ch. cum rad. Polyg. Virg. drac. I., et Syrup. tot. citri unc. II.*		*Diaeta*		B. 27. 11. 8 T. 5. 9. H. 8. 2.	
9 ad 13 usq.	*Item.*	*Idem.*		*Semivictus*		B. 27. 11. 3 T. 5. 9. H.	
14	*Item. Sputa copiosa, alvi egestio frequens cum levamine.*	*Idem.*		*Idem.*		B. 28. 0. 4 T. 3. 7. H.	
15	*Apyrexia. Ita quidem usque ad 24 diem, quo ad suos rediit.*			*Plenus victus.*		B. 27. 7. 5 T. 4. 1. H.	

EPICRISIS.

Juvenem quartana laborantem corripuit febris acuta rheumatica, quæ ab illius connubio *composita* facta est, seu *proportionata* febris, ita quidem, ut quarto quoque die binæ distinctæ fierent accessiones, exacerbatio scilicet continuæ, ingressusque horrificæ quartanæ. Die autem septima ab ægri ingressu in Valetudinarium confunduntur ambo paroxismi, et decima quarta per copiosos sudores, sputorumque facilem eductionem, et alvi fluxum, difflata rheumaticæ febris caussa, perfecte æger convaluit, neque amplius rediit quartana. Hæc itaque febris, quæ, teste Galeno, multis chronicis morbis superveniens eos quandoque tollit, in hoc casu ab accedente febri acuta et ipsa devicta est, atque sublata. Quomodo vero per violentiorem novæ febris motum caussa prioris consummata sit, an revulsa, vel derivata, vel etiam evacuata, difficile dictu. Monet ad hanc rem Celsus (1): *Ipsa febris, quod maxime mirum videri potest, saepe praesidio est: nam et praecordiorum dolores si sine inflammatione sunt, finit; et nervorum rigorem, distentionemque, si postea cepit, ex toto tollit, et ex difficultate urinae morbum tenuioris intestini ortum, si urinam per calorem movet, levat.* Caveant tamen medici ne febrim nimis laudantes, eique nimis fidentes, universos febriles motus tanquam salutares conatus naturæ sibi prospicientis existiment, eosque compescere timeant. Siquidem certum est tale quid sæpe in ægris corporibus suscitari ad molesta amolienda, stagnantia incitanda, corrupta evacuanda; sed ut plurimum ex morbosa causa magis quam ex naturæ conatu febris pendet, non medicina, sed symptoma est, artis auxilia poscit, nec sinenda.

(1) *Lib.* 2. *c.* 8.

Tab. Hist. V.

Historiam morbi conscripsit Doctor Stephanus Placidi Sannis.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Aloysius Pisany Gallus.

DOCENTE D. TAGLIABO'
Num. Lecti 1.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
4 *Januarii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 34	*Fortis, et Plethorica.*	*Cubicularius.*	*Ad radices Montis Pincii.*	*Icterus. Mense Septemb.* 1815.	27 *Decembr.* 1815.	*Labor protractus flante borea.*	*Febris tertiana exquisita, mox a die quinta indesinenter decurrens cum dolore lateris punctorio, tussi sicca, respiratione difficili, tenui sudore, et frequenti alvi egestione.*	*Ter secta vena. Vesicantia duo brachiis. Bechica remedia.*	*Pleuritis biliosa.*	*Febres tertianae, rheumaticae, et Pleuritides.*	*Umida, et frigida.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	ANIMADVERSIONES
1	*V. Pulsus frequens, duriusculus, dolor lateris punctorius, tussis, et dyspnaea, sputum glutinosum, flavum, oculorum color subictericus, lingua albo-flavo colore tincta, hypochondrium dexterum leviter tumens, et tactu dolorificum. Noctu sudor copiosus, vigilia contumax, egestio alvi frequens.*	*Haustus paregoricus. Decoct. radic. graminis pro potu.*		*Tertia*		B. 27. 9. 1 T. 6. 2. H.	*Aeger quindecies alvum aquosam deposuit.*
2	*M. Pulsus minus contractus, dolor lateris major, cum tenesmo, sudor tenuis diuturnus, sputum biliosum, urina flammea, et crocea, hypochondriorum contentio.* *V. Tussis molesta, sputum difficile, dolor capitis, respiratio sublimis. Nox anxia, et insomnis.*	*Seri lactis Tamarindati unc. VIII. Emulsio Gumm. arabic. cum Laud. liqu. Syd. scrup. I.*	*Vesicans. lateri dolent.*	*Idem.*		B. 27. 11. 9 T. 4. 6. H.	*Multa biliosa dejecit aeger pharmaco sumpto: alvus dein sistitur.*
3	*M. Febris remissio, virium prostratio, abdomen molle, sputum paucum, et densum, alvus fluida.* *Vesp. Omnia exacerbata.*	*Decoct. Satur. Ch. ch. unc. VIII. cum rad. Polyg. Virg. drac. I., et syr. tot. citri: item bolus ex gr. ss Camphor. cum Diascord. Frac. S. Q. singulo bihorio.*		*Idem.*		B. 28. 0. 4 T. 3. 7. H.	
4	*M. Febris remissio, hypochondrii dexteri dolor per intervalla, sudor copiosus, alvus fluida.* *V. Mentis alienatio.*	*Idem, et Mixtura ex aq. scabiosae unc. III. Spir. fulig. drac. I. syr. alth. unc. II. cochleat. fumen.*	*Vesicantia femoribus.*	*Idem.*		B. 27. 7. 5 T. 4. 1. H.	
5	*M. Pulsus debilis, evanescens, sputum suppressum, exanthemata miliaria cum peticulis circa hypogastrium, dorsum, et collum.* *V. Meteorismus, respiratio stertorosa, noctu facies hippocratica. Mors.*	*Idem, et Haustus excitans cum Aethere Sulph. et Muriat. hyperoxigenat. Potass. drac. ss.*	*Vesicantia suris: fomenta acetit. ammoniacal. potassae abdomini.*	*Idem.*		B. 27. 10. 7 T. 4. 0. H.	

SECTIO CADAVERIS.

Seri flavescentis aliquot unciæ in sinistra thoracis cavitate adsunt: uterque pulmo atro sanguine infarctus; sinistri vero externa facies veluti adusta, et flavis maculis interspersa apparet. Aperto abdomine hepar amplioris voluminis invenitur; cystis fellea arctata, bilemque vix continens.

EPICRISIS.

In anamnesticum hujus ægri statum ante ejus ingressum in Valetudinarium non inquirimus, neque adhibita tunc remedia exprobramus; sed alterum morbi stadium, prout sese manifestavit in Valetudinario, nono a prima invasionis die, considerare oportet. Dicimus itaque biliosam fuisse pleuritidem, quoniam præter icterum prægressum, biliosam morbi indolem satis manifesto declarant febris ab initio exquisita tertiana, mox tertianæ more imparibus diebus ita exacerbata, ut periodica continua, vel ex intermittenti continua videretur. Præterea cætera morbi signa idem confirmabant, spiritus anxius, et in residendo gravis, lingua ex flavo viridi colore pallescens, hypocondrium dexterum leviter tumens, ac dolens, sputum paucum, condensatum, sanguineum, flavum, biliosum, vigilia contumax, sudor tenuis, ac fere continuus, urina crassa, saturata, crocea, egestio alvi aquosa, et flava cum tenesmo, exanthemata miliaria, et petechialia, quibus fere omnibus a fine primi septenarii ad interitum usque æger moleste se habuit. In hoc rerum statu sanguinem ulterius mittere improbavimus, et licet paullum ab ejus duritie pulsus remisisset, venæ sectione declinata, id maximi momenti visum est nobis, biliosos humores quantocius leniter eliminare sero lactis tamarindinato, ne major eorum decubitus fieret ad nimis jam affectos pulmones. Exturbata etenim per hanc viam turgentis bilis copia, prout natura ipsa indicabat per continuatam biliosam dejectionem, ratio suadebat commodius ab hisce auxiliis vitales vires sustineri posse, sputa promoveri, febrisque impetum sedari. At cum *multa bilis ex reliquo corpore praeterea effluxerit, quam neque spuendo, neque propter copiam, neque putrefaciendo superare posset* (1), æger decima tertia morbi die misere occubuit.

(1) *Hip. lib. de morbis.*

Historiam morbi conscripsit Joseph de Sanctis Romanus Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Dominicus Sardellini Picenus.

DOCENTE D. DE MATTHÆIS
Num. Lecti 1.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
29 *Februarii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 30	*Sana*	*Agricola.*	*In agro Romano.*	*Febres periodicae.*	24 *Februarii*	*Aeris frigus.*	*Tussis, dolor in dextero latere, sitis, lingua humida, atque alba, febris acuta; pulsus mollis; respiratio difficilis.*	*Unica Sanguinis missio.*	*Pleuro-peripneumonia.*	*Febres acutae, ac Pleuritides.*	*Variabilis.*	

	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
Dies 1	*Tussis, sitis, dolor in dextero latere, febris, respiratio difficilis, pulsus mollis; vespere omnia exacerbantur.*	*Look Album pro lambitivo.*	*Sanguinis ex brach. unc. VIII.*	*Tertia, et potus ex aq. nitrata.*		B. 27. 7. 3 T. 7. 1. H. 21. 8.	*Sanguis extractus coriaceus.*
2	*Eadem symptomata cum alvo soluta, quae iterum vespere ingravescunt.*	*Pulvis refrigerans ex nitro, et cremore tartari. Look album.*	*Sanguinis ex brach. unc. VIII.*	*Idem.*	B.28. 0. 3 T. 9. .. H.	B. .. .. T. 5. 1. H. 38. 2.	
3	*Tussis, ac dolor lateralis increscunt: respiratio difficilior est; pulsus frequentior, sputa imminuuntur.*	*Pilulae ex ether. miner. g. VIII. cum. opii gr. I. Oxymel pro lambitivo.*	*Duo vesicatoria suris.*	*Idem, et decoct. hord.*	B.28. 3. 3 T.10. .. H.	B. .. .. T. 5. 5. H. 38. 5.	
4	*Pulsus deprimitur; anxietas augetur; pauca sputa vel nulla. Decubitus supinus.*	*Idem.*	*Alia duo vesicatoria brachiis.*	*Idem.*	B.28. 2. 3 T.10. .. H.	B. .. .. T. 7. 8. H. 27. 2.	
5	*Vires magis magisque depressae; respiratio cum strepitu; nulla exspuitio: facies valde immutata.*	*Idem.*	*Alia duo femor.*	*Idem, et vinum.*	B.28. 1. 6 T.10. .. H.	B. .. .. T. 7. 9. H. 20. 7.	*Hypogastrium tumet ob urinae retentionem; et cathetere opus fuit ad eam educendam; idque forsan a cantharidum vesicatoriorum actione.*
6	*Pulsus vix perceptibilis; sudor partialis in fronte: respirationis strepitus adauctus. Animam agit. Nocte obiit.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 2. 4 T.11. .. H.	B. .. .. T. 8. 7. H. 23. 3.	

SECTIO CADAVERIS.

Pulmo sinister pleuræ costali tenaciter adhæret: utriusque lobi pars posterior obscuri, ac nigricantis coloris apparet. Spumosa, et cruenta lympha internam replet visceris substantiam, cujus volumen, ac pondus in naturali quasi statu reperiuntur. Concava dexteri pulmonis pars præ cæteris ejus partibus minus læsa; atque immutata. In abdomine lienis adauctum est volumen, ejusque superficies alba, ac veluti lardacea crusta obducta. In convexa, et superiori hepatis parte diaphragmati contigua durities naturali major, et color obscurior.

EPICRISIS.

In inflammatoriis pectoris morbis salutares venæ sectionum effectus primis potissimum diebus exspectandi sunt. Quo citius, et copiosius sanguis extrahitur, eo tutius, ac majus ægri solamen. Post quartam vel quintam morbi diem, si nulla vel unica, et parca instituta fuit venæ sectio, parum in subsequentibus sperandum erit, præcipue si morbus vehemens fuerit, ejusque symptomata urgeant. Hinc gravi pleuritide, ac peripneumonia laborantes, miserrime in Nosocomiis occumbere solent, ob prætermissas venæ sectiones primis morbi diebus ante eorum ingressum in Nosocomium. In ægro nostro ad quintum usque morbi diem unica sanguinis missio extra Valetudinarium peracta fuit. Post ejus ingressum morbi progressus, viriumque conditio duas alias tantummodo in prima, et secunda die venæ sectiones concessere. Talis ac tanta fuit morbi vehementia, ac pessima indoles, ut tertia jam die virium vitalium status sanguinem ulterius mittere prohiberet; et quarta de ægri salute spes nulla superesset. Ex cadaveris sectione novimus inflammationem ex pulmonibus ad proximiora abdominis viscera diffusam esse.

Ægro adstitit, ac morbi historiam conscripsit Antonius Padovani Cyrnæus Medicinæ Doctor.

[illegible]

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Theresa Leni Romana.

DOCENTE D. DE MATTHÆIS
Num. Lecti 2.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
20 *Martii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 36	*Plethorica*	*Lanam net.*	*Romae prope Vaticanum.*	*Pleuritis elapso anno.*	17 *Martii*	*Animi moeror ob fratris obitum.*	*Dolor in colli parte posteriori una cum tumore, ac rubore erysipelaceae naturae, et febri, quae nunquam intermisit, superveniente.*		*Febris erysipelatosa.*	*Febres acutae, ac Pleuritides.*	*Frigida et ventosa.*	

	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
Dies 1	*Febris, mador in cute; tumor, ac rubor ex capillata capitis parte circa frontem diffusus. Adest vomitus.*	*Potio laxans ex Tamarind. unc. II., et seri depur. unc. X.*		*Tertia, et potus ex decocto hordei nitrato.*	B.27. 8. 3 T.12. .. H.	B. .. .. T. 7. 7. H. 26. 2.	
2	*Febris imminuta: erysipelas circa sinistram aurem extensum.*		*Sanguinis missio ad unc. VIII.*	*Idem.*	B.27. 8. 8 T.12. .. H.	B. .. .. T. 8. 5. H. 31. 1.	
3	*Febris, atque erysipelas in eodem statu.*		*Clyster emolliens.*	*Idem.*	B.27. 9. 9 T.12. .. H.	B. .. .. T. 10. 4. H. 35. 3.	
4	*Rubor circa genas diffunditur; febris continuat; sudor erumpit.*	*Potio ex Tamarind. unc. II. et aq. font. unc. X.*		*Idem.*	B.27. 10. 4 T.13. .. H.	B. .. .. T. 9. 8. H. 28. 0.	
5	*Apyrexia, cum erysipelatis levi continuatione.*		*Clyster emolliens.*	*Absque pane*	B.28. 1. 3 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 5. H. 27. 4.	
6	*Apyrexia cum rubore pene extincto.*			*Semivictus.*	B.28. 1. 8 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 3. H. 27. 7.	
7	*Desquamatur cuticula in partibus ab erysipelate occupatis.*			*Idem.*	B.28. 0. 9 T.12. .. H. . ..	B. .. .. T. 9. 0. H. 24. 4.	
8	*Item.*			*Plenus victus.*	B.27. 11. 5 T.12. .. H	B. .. .. T. 7. 7. H. 32. 8.	
9	*Convalescens abiit.*			*Idem.*	B.27. 10. 1 T.12. .. H.	B. .. .. T. 6. 0, H. 39. 4.	

EPICRISIS.

Erysipelas, ut exanthematici morbi omnes post febrem erumpere solet; attamen aliquando, ut in hoc casu, febris ejus eruptionem sequitur. Præterea fœminarum valde familiaris hic morbus est, quod et ab aliis etiam observatum fuisse scimus. Nostra experientia cum illa Cl. J. P. Franck optime convenit, in cujus de curandis morbis Epitome legitur, ex viginti subjectis hoc morbo affectis, et quorum historiam ex Instituti Clinici diariis ante oculos scribendo ille habebat, non nisi duo postquam febricitassent, sex vero post primum febris ingressum, cætera vero duodecim secunda vel tertia a febris ingressu die, erysipelate fuisse correpta; atque ex iis omnibus viginti non minus quam sexdecim fœminarum numerum esse. Sauvagesius, et Cullenius erythema ab erysipelate distinguunt in eo quod primum nullam nisi symptomaticam febrim sibi junctam habeat, atque ab externa, levi, et locali ut plurimum causa proficiscatur; alterum, quod vera exanthematica febris sit, quam cutanea inflammatio seu erythema sequitur, atque ab interna causa, et universali nascitur. In nostra interim ægra cutanea inflammatio, quæ varias colli, capitis, faciei partes successive occupavit, verum erysipelas fuit, cum nulla cognita externa causa eam produxerit, sed ab interna, atque ignota ortum habuerit, licet febris subsequens, non antecedens ei fuerit. Erysipelatis differentiæ, quæ a diversa febris concomitantis natura desumuntur iis præferri debent in usu practico, quæ externis quibusdam characteribus, aliisque minoris momenti qualitatibus tribui solent a medicis. In ægra nostra phlogistica febris indoles antiphlogistica remedia postulavit, eaque utilissima experti fuimus.

Morbi historiam conscripsit Clemens Biondi Neapolitanus Medicinæ Candidatus.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Petrus Corpetti. Sabinus.

DOCENTE D. DE MATTHÆIS
Num. Lecti 8.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
21 *Martii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	Animadvers.
Ann. 18	*Sana, et plethorica*	*Agricola.*	*In agro Albano.*	*Febres periodicae.*	19. *Martii.*	*Frigus incaute susceptum.*	*Febris, quam frigus praeivit, tussis, in dextero latere dolor, difficilis respiratio, decubitus in affectum latus facilior.*	*Panis, et aqua cum herbis.*	*Pleuritis Periodica.*	*Febres acutae, ac Pleuritides.*	*Umida, et frigida.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	Animadversiones
1	*Vehemens febris una cum symptomatibus superius indicatis, et pulsu pleno, ac duro.*		*Sanguinis ex brach. unc. VIII.*	*Tertia, et potus ex aq. hord. cum nitr.*	B. 27. 8. 8 T. 12. . . H. . . .	B. . . . . T. 8. 5. H. 31. 1.	*Sanguis e vena missus corio phlogistico obductus.*
2	*M. Febris levior, ac vix perceptibilis post copiosos sudores nocturnos. V. Febris rediit cum frigore, aliisque symptomatibus.*	*Crem. tart. unc. I.*	*Sanguinis ex brach. unc. VIII.*	*Idem.*	B. 27. 9. 9 T. 12. . . H. . . .	B. . . . . T. 10. 4. H. 35. 3.	*Sanguis extractus coriaceus fuit.*
3	*M. Aeger fere apyreticus; at duabus post meridiem horis febris denuo rediit cum siti, ac frigore, aliisque praedictis symptomatibus.*	*Look Album pro lambitivo.*	*Sanguinis ex brac. unc. VIII. Vesp. clyster emolliens.*	*Idem.*	B. 27. 10. 4 T. 13. . . H. . . .	B. . . . . T. 9. 8. H. 28. 0.	*Urinae post sudores sedimentosae. Excrementa figurata.*
4	*Febris levissima cum tussi: dolor lateralis vix sensibilis. Sputa crassa, ac facilia.*	*Idem, et Ch. ch, unc. I.*		*Absque pane*	B. 28. 1. 3 T. 12. . . H. . . .	B. . . . . T. 9. 5, H. 27. 4.	
5	*Febris fere nulla: tussis pauca, et humida.*	*Idem, et Ch. ch. unc. I.*		*Idem.*	B. 28. 1. 8 T. 12. . . . H. . . .	B. . . . . T. 9. 3. H. 27. 7.	
6	*Apyrexia cum tussi.*	*Idem, et Ch.ch.unc.semis.*		*Semivictus.*	B. 28. 0. 9 T. 12. . . H.	B. . . . . T. 9. 0. H. 24. 4.	
7	*Item.*	*Idem, et Ch.ch.unc.semis.*		*Idem.*	B. 27. 11. 5 T. 12. . . H. . . .	B. . . . . T. 7. 7. H. 32. 8.	
8	*Item.*	*Decoctum amarum.*		*Plenus victus.*	B. 27. 10. 1 T. 12. . . H. . . .	B. . . . . T. 6. 0. H. 39. 4.	
9	*Tussis evanuit.*	*Idem.*		*Idem.*	B. 27. 10. 1 T. 10. . . H.	B. . . . . T. 4. 0. H. 35. 0.	
10	*Convalescens abiit.*	*Idem.*		*Idem.*	B. 27. 11. 6 T. 10. . . H. . . .	B. . . . . T. 4. 2. H. 36. 1.	

EPICRISIS.

Inflammatorii interni pectoris morbi cum febribus periodicis, ac intermittentibus non raro sociantur ita, ut periodici et ipsi appareant; unde utriusque naturæ participes modo una, modo altera indigent curatione. Hujus veritatis plura præbet exempla tam nostra, quam aliorum experientia, quidquid contradicant præconceptis hypothesibus addicti. Hinc optime J. P. Franck: *Nisi experientia doceret peripneumoniam intermittentium interdum febrium subjugari familiae; crederetur a nemine. Tantum vero istius in quoscunque morbos dominium exercetur, ut et acutissimum, de quo sermo est, pulmonum morbum in partes suas rapuisse tum aliis, tum nobis ipsis conspectum est.* Cujus rei in suis Clinicis Interpretationibus non pauca refert luculentissima exempla. Idem monuerat Michael Sarcone in historia morborum, qui Neapoli grassati fuere an. 1764, de febre *peripneumoniaca frigorifera* verba faciens. Verum iis tantum locis, ac temporibus id contingere solet, in quibus intermittentes febres familiares sunt, palustri nempe regione, atque æstiva, vel autumnali tempestate. Etenim si diverso tempore, et loco eadem res quandoque evenit, tunc in iis saltem corporibus observatur, quæ periodicis febribus alias abnoxia, earum seminio vel reliquiis non omnino carent: in his non solum cum pleuritide, sed cum diversissimis aliis morbis iterum excitatæ hujus generis febres copulantur, propriamque naturam iis impertiuntur. Caute interim distinguendum erit a medico, utrum morbi essentia in febri intermittenti consistat, cui dolor pleuriticus accedat, vel in pleuritide, cui febris intermittens conjungitur. Perniciosam namque pleuriticam novimus, quæ cum pleuritide periodica nullimode confundi debet. Cortex Peruvianus illius curationem absolvit; hæc vero antiphlogisticam methodum ante corticis usum expostulat.

Morbi historiam conscripsit Joannes Martucci Neapolitanus Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI	DOCENTE D. DE MATTHÆIS	DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
Joseph D' Orazio Picenus.	*Num. Lecti* 5.	24 *Martii* 1816.

Actas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 23	*Sana*	*Agricolu.*	*In agro Centumcellar.*	*Febres periodicae.*	20 *Martii*	*Frigus excalefacto corpore susceptum.*	*Febris, praegresso frigore, tussis, difficilis respiratio, dolor in dextera thoracis parte.*	*Sanguinis missio.*	*Pleuritis*	*Febres acutae, ac Pleuritides.*	*Variabilis.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
1	*Adest Febris una cum symptomatibus superius indicatis, et pauco sanguinis ex naribus fluxu.*	Look *Album.*	*Sanguinis ex brach. unc.X. Clyster emolliens.*	*Tertia, et potus ex hord.decoct. cum nitr.*	B.28. 1. 3 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 5. H. 27. 4.	*Sanguis extractus corio phlogistico obductus.*
2	*Continuat febris cum tussi, aliisque symptomatibus. Sputa cruore tincta.*	Potio *ex Tamarind.* Look *Album.*	*Sanguinis ex brach. unc. VIII.*	*Idem.*	B.28. 1. 8 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 3. H. 27. 7.	*Idem.*
3	*Item cum respirationis difficultate circa vespere udaucta.*	Look *Album.*	*Fomen. emollientia supra latus affect.*	*Idem.*	B.28. 0. 9 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 0. H. 24. 4.	
4	*Eadem cum levi remissione: Sputa haud difficulter excreantur.*	Potio *ex Manna* Look *Album.*	*Sanguinis ex brach. unc. VIII.*	*Idem.*	B.27. 11. 5 T.12. .. H.	B. .. .. T. 7. 7. H. 32. 8.	*Idem.*
5	*Continuat febris cum pulsu adhuc duro.*	Look *Album.*	*Sanguinis ex brach. unc. VIII.*	*Idem.*	B.27. 10. 1 T.12. .. H.	B. .. .. T. 6. 0. H. 39. 4.	*Idem.*
6	*Febris levior cum copiosa, et facili crassorum sputorum excretione.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 10. 1 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 0. H. 35. 0.	
7	*Urinae sedimentosae; febris fere nulla; sputa copiosa, et concocta.*	*Idem.*		*Absque pane*	B.27. 11. 6 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 2. H. 36. 1.	
8	*Apyrexia cum tussi.*	Oxymel *cum Altheae syrupo pro lambitivo.*		*Diaeta*	B.28. 2. 1 T. 9. .. H. . ..	B. .. .. T. 4. 8. H. 41. 5.	
9	*Item.*	*Idem.*		*Semivictus.*	B.28. 3. 3 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 5. H. 43. 7.	
10	*Item.*	*Idem.*		*Plenus victus.*	B.28. 1. 6 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 3. H. 39. 2.	
11	*Perfecte convaluit, atque abiit.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 0. 8 T.10. .. H.	B. .. .. T. 6. 1. H. 32. 0.	

EPICRISIS.

Pleuritidis, *Peripneumoniae*, *ac pleuroperipneumoniae* nomine promiscue utimur ad indicandam unam eandemque affectionem, quæ majori, vel minori molestia hujus, vel illius symptomatis, magis quam vel sedis, vel naturæ, vel curationis varietate differt. Quoties hujus morbi indoles inflammatoria evidenter fuerit, quod frequentissimum esse nemo medicorum ignorat, tunc sanguinis missio præcipuum, atque utilissimum remedium constituit. Attamen neque ad animi deliquium, neque repetita nimis vice, neque inconsiderata, ac cœca mente sanguinem mittendum putamus. Citissime sane, si fieri potest, mitti debet, ac semper ætatis, temperamenti, vitæ virium, morbi vehementiæ, anni temporis, epidemiæ regnantis naturæ ratio habenda erit. Proinde venæ sectionum numerum, et sanguinis mittendi quantitatem in universum determinare medico non licet; sed pro re nata modo magis, modo minus copiose mittendus. Neque interest quo ex brachio sanguis mittatur, sed satis amplo vulnere, ac brevibus intervallis vena secanda erit, ne prioris venæ sectionis, ut magni nominis Clinicus monet, ante novam elidantur effectus. Nos post quintam, vel sextam venæ sectionem tempestive institutam raro ulterius sanguinem mittimus; et ad octo ut plurimum uncias singulis venæ sectionibus, unde vix unquam ultra uncias quinquaginta eum detrahimus. Primis potissimum morbi diebus id factum esse conamur; sed et quinto, et sexto, et decimo, et decimoquarto etiam die, si necessitas urgeat. Verum præter venæ sectiones, alia, nec sine fructu, etiam adhibemus antiphlogistica, deprimentia, ac refrigerantia auxilia; quæ inter ea maxime eligimus, quæ blande alvum laxant; ac molliunt, potiones ex manna, tamarindis, cremore tartari, clysteres emollientes, potum diluentem, ac copiosum ex hordei decocto cum nitro, victumque tenuissimum.

Historiam morbi conscripsit Jacob. Salvatori e Tiberiaco Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Anna Mariani Cocchi Helvetia.

DOCENTE D. DE MATTHÆIS
Num. Lecti 3.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
28 *Martii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 52	*Gracilis, et cachectica.*	*Domesticis laboribus addictum.*	*Romæ apud Vaticanum.*	*Olim Tertiana febris.*	*Circa finem Febr.*	*Animi mœror ob conjugis mortem.*	*Icterus cum ingenti alvi constipatione, nausea, dexteri hypochondrii duritie, cui post triginta circiter dies periodicæ febres anomalæ accesserunt.*	*Cortex Peruvianus.*	*Icterus.*	*Febres acutæ, ac pleuritides.*	*Aquilonaris.*	

	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
Dies 1	*Corporis superficies, et oculi præsertim flavo colore suffecti: durities ingens, et circumscripta in dextero hypochondrio: alvus adstricta: pulsus fere naturalis: respiratio leviter anhelosa.*	*Rhei drach. semis.*	*Clyster emolliens.*	*Tertia. Potus ex decoct. graminis.*	B.27. 10. 1 T.12. .. H.	B. .. .. T. 6. 0. H. 39. 4.	*Quindecim dierum spatio alvum non exoneravit.*
2	*Item præter alvum solutam ab assumpto medicamento.*	*Pilulæ ex sap. venet. gum. ammoniac., et terra foliata tartari.*	*Fomenta lact. ammoniac. hypoc. dext.*	*Idem.*	B.27. 10. 1 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 0. H. 35. 0.	
3	*Febris paroxysmus cum frigore. Alvi dejectiones cruentæ.*	*Eædem pil. deobstruentes.*	*Idem.*	*Absque pane.*	B.27. 11. 6 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 2. H. 36. 1.	
4	*Apyrexia: pulsus mane debilis; vespere et irregularis. Alvi dejectio frequens, at sanguinis expers.*	*Potio ex Theriaca, Diascord. et Ch. ch. Decoct. cum aqua cinnamomi.*	*Idem.*	*Absque pane cum vino.*	B.28. 2. 1 T. 9. .. H.	B. .. .. T. 4. 8. H. 41. 5.	
5	*Pulsus debilis, frequentissimus, atque irregularis. Respiratio anhelosa.*	*Eadem potio cum extrac. Ch. ch. drac. I.*	*Duo vesicatoria suris.*	*Idem.*	B.28. 3. 3 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 5. H. 43. 7.	
6	*Item cum tussi sicca: genæ ex flavo rubræ.*	*Eadem cum Aetheris sulphur. g. XV.*		*Idem.*	B.28. 1. 6 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 3. H. 39. 2.	
7	*Pulsus minus debilis, sed intermittens, atque inæqualis. Abdomen pressum dolet, fœtidasque dejectiones emittit.*	*Idem.*	*Duo coxis vesicatoria.*	*Idem.*	B.28. 0. 8 T.10. .. H.	B. .. .. T. 6. 1. H. 32. 0.	*Pulsus adeo præternaturalis existit, ut omnibus admirationem moveat.*
8	*Eadem pulsus conditio; anhelosa respiratio, et jam sonora.*	*Idem.*		*Id. et vinum generosum.*	B.28. 2. 2 T.11. .. H.	B. .. .. T. 7. 9. H. 31. 8.	
9	*Item.*	*Idem.*	*Duo brachiis vesicatoria.*	*Idem.*	B.28. 3. 1 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 3. H. 30. 9.	
10	*Item cum incipienti flavedinis dissipatione.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 0. 2 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 5. H. 26. 5.	
11	*Item cum aucto anhelitu.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 9. 2 T.13. .. H.	B. .. .. T. 9. 4. H. 19. 3.	
12	*Item cum sputis nigris, ac fœtidis: pulsus vix perceptibilis.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 9. 3 T.13. .. H.	B. .. .. T. 9. 6. H. 20. 4.	
13	*Item cum facie valde immutata; ac vere hippocratica. Nocte obiit.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 7. 3 T.13. .. H.	B. .. .. T. 11. 7. H. 25. 4.	

SECTIO CADAVERIS.

Quamvis hepar in omni sui parte obduruerit, sinister tamen lobus cartilagineam duritiem æmulari videtur: ejus color in flavoviridem immutatus est: plures in eodem folliculi reperiuntur purulento humore repleti. Densitas membranarum cystidis felleæ mirum in modum adaucta, ejusque interna facies erosa est, atque exulcerata. In hepatico ductu biliaris conglutinatio apparet glandis volumen æquans; sed mollis, atque digitorum ope facile dividenda. Ingens adest in hoc ductu dilatatio, ubi hærebat concretio biliaris. Ipsamet vesicula paucam, sed densam, nigram, piceamque continet bilem. Ea pars hepatis, quæ præ cæteris quoad colorem, ac densitatem immutata est, in museo pathologico asservatur. In pectore nihil præter naturam invenitur, corde excepto, circa cujus apicem quædam apparet villosa, albicans, et quasi lardacea propriæ membranæ excrescentia.

EPICRISIS.

Diuturnæ febres periodicæ icterum procreare solent: in hoc casu ab ictero procreata fuit, unde anomala, ac sine typo manifesto. Animi mœror ob conjugis obitum ægræ nostræ jecur potissimum lædere, ejusque poros biliares, atque ductum hepaticum spasmo afficere potuit. Bilis hinc itinere ab hepate ad duodenum impedito, icterus præsto fuit. Hic enim morbus non ab impedita bilis secretione, ejusque in sanguine retentione, ut olim medici opinabantur, ortum ducit, sed ab impedito hujus humoris transitu ab hepate, ubi secernitur, ad duodenum quo tendit, ejusque cum sanguinis massa mixtione. Bilis namque non præexistit in sanguine, sed in hepate generatur, et ob morbosa solummodo obstacula ejus itineri apposita, ab inhalantibus vasis, quibus jecur abundat, excipitur, ad sanguinem defertur, quem inficit, atque immutat, unde icterus oritur. Hinc in ictericorum sanguine immediata bilis materialia chemica analysis invenit, quæ in sanorum sanguine nequaquam inveniuntur. Hujus cadaveris sectioni plures aliæ a Morgagni, aliisque institutæ respondent, ex quibus patet icterum ab impedito bilis transitu per ductum hepaticum, minime vero per cysticum repetendum esse; idque haud satis est, ut opinemur bilem in sanguine præexistentem, ac retentam icterum gignere. Pauca, nigra, atque amurcosa bilis, quæ in male affecta ægræ cystide continebatur ductus hepatici obstructione vetustior sane fuit; unde stagnans, non renovata, ac tenuioribus partibus orbata, talem spissitudinem, atque acredinem concepit, ut internam cystidis superficiem erodere, et ulcerare potuerit. Hæc etenim vesicula, ut ut a dilatato ventriculo comprimatur, vel a quacumque alia causa in contractionem inducatur, ut contentam bilem extrudere valeat, aliquam fere semper hujus humoris quantitatem retinet.

Ægræ adstitit, ac morbi historiam conscripsit Michael Gaspari Frusinas Medicinæ Candidatus.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Petrus Patrignali Sabinus.

DOCENTE D. DE MATTHÆIS
Num. Lecti 3.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
29 Martii 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	Animadvers.
Ann. 20	*Sana*	*Agricola.*	*In agro Romano extr. Portam Portuensem.*		26 *Martii*	*Contagium Variolosum.*	*Febris continua, capitis dolor, sitis, tussis, et molestiæ sensus in epigastrio præsertim sub pressione.*		*Variolæ Confluentes*	*Febres inflammatoriæ, atque exanthematicæ.*	*Frigida.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	Animadversiones
1	*Febris vehemens, tussis, capitis dolor, et circa cordis scrobiculum, sitis.*	*Potio laxans ex pulpa cas. et tamarind. in decocto hord. soluta.*	*Sang. ex brachio ad unc.* X.	*Tertia, et potus ex decoct. hord. nitrato.*	B.27. 10. 1 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 0. H. 35. 0.	*Sanguis extractus corium flogisticum exhibet.*
2	*Febris perseverat cum aliqua linguæ ariditate, alvo soluta, aliisque memoratis symptomatibus. Copiosæ maculæ rubræ in facie apparent.*	*Haustus salinus Franck.*	*Altera sang. missio ad unc. VIII.*	*Idem.*	B.27. 11. 6 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 2. H. 36. 1.	
3	*Maculæ manifestiores sunt: febris fere nulla: cætera symptomata adsunt.*	*Emulsio nitrata. Look Album.*		*Idem.*	B.28. 2. 1 T. 9. .. H.	B. .. .. T. 4. 8. H. 41. 5.	
4	*Præter faciem, ubi copiosiores sunt, in pectore etiam, abdomine, atque extremitatibus eædem maculæ postulosæ apparent. Febris deest.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 3. 3 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 5. H. 43. 7.	
5	*Rubor, atque ardor in cute augetur; fauces dolent: pulsus vehementior, et frequentior; tussis molesta.*	*Idem.*	*Clyster refriger. ex hord. decocto.*	*Idem.*	B.28. 1. 6 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 3. H. 39. 2.	
6	*Febris adest: pustulæ vero pure replentur: sitis augetur: calor ingens est.*	*Pulvis refrigerans ex nitro, et crem. tartari.*		*Idem.*	B.28. 0. 8 T.10. .. H.	B. .. .. T. 6. 1. H. 32. 0.	
7	*Febris vehementior: manus tument: in earum volis pustulæ copiosius confluunt.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 2. 2 T.11. .. H.	B. .. .. T. 7. 9. H. 31. 8.	
8	*Febris minor: facici pustulæ flavescunt, atque exsiccari incipiunt.*	*Look Album.*		*Absque pane.*	B.28. 3. 1 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 3. H. 30. 9.	
9	*Febris levissima; pustularum exsiccatio progreditur in facie.*	*Idem.*		*Idem.*	B 28. 0. 2 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 5. H. 26. 5.	
10	*Febris fere nulla. In pectore etiam, atque in extremitatibus pustulæ ad exsiccationem perveniunt.*	*Oxymel simplex pro lambitivo.*		*Semivictus.*	B.27. 9. 2 T.13. .. H.	B. .. .. T. 9. 4. H. 19. 3.	
11	*Apyrexia. Facici pustulæ in crustulas decidunt.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 9. 3 T.13. .. H.	B. .. .. T. 9. 6. H. 26. 4.	
12	*Apyrexia. Prospere absolvitur pustularum exsiccatio.*	*Idem.*		*Plenus victus.*	B.27. 7. 3 T.13. .. H.	B. .. .. T. 11. 7. H. 25. 4.	
13	*Item.*	*Idem:*		*Idem.*	B.27. 11. 8 T.14. .. H.	B. .. .. T. 13. 4. H. 32. 9.	
14	*Item cum exsiccatione absoluta.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 0. 3 T.15. .. H.	B. .. .. T. 14. 5. H. 48. 7.	
15	*Convalescens abiit,*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 8 T.15. .. H.	B. .. .. T. 12. 6. H. 35. 7.	

EPICRISIS.

Dolendum vel maxime est, arabicas variolas adhuc a medicis curandas esse, quamvis homines ab iis se tueri optime queant vaccinarum tutissima inoculatione. Hoc etenim morbi genus non modo per se periculosissimum est; sed eo magis pertimescendum, quia non convenit inter medicos, qua potissimum methodo curari debeat. Hi etenim calefacientia, atque alexipharmaca commendant; illi antiphlogistica, et refrigerantia medicamenta. Maximo cum humani generis detrimento nequissima methodus usitatissima fuit. Licet namque pro diversa variolarum indole ac natura modo una, modo altera methodus conveniat; attamen cum frequentissime hujus exanthematici morbi indoles inflammatoria sit, hinc refrigerans seu antiphlogistica methodus præ cæteris laudari meretur, cum frequentius in usum ducenda sit. Nos in hoc varioloso atque in aliis, quos in Clinico nosocomio curavimus, refrigeranti atque antiphlogistica methodo, venæ sectionibus, potu diluenti, nitroso, laxantibus, atque emollientibus optimo cum successu usi fuimus. Calefacientia diligentissime vitavimus, nec sine fructu. Attamen non ii sumus, qui putemus contrariam methodum nunquam convenire variolarum curationi. Interdum vis vitæ in variolis languet; sanguinis motus haud satis est ad contagiosæ materiæ eliminationem; nervi ac musculi torpore afficiuntur, unde excitantia, tonica, alexipharmaca in usum duci debent; sed hujusmodi casus rariores certo sunt iis, qui phlogisticam, seu iperstheuicam naturam præseferentes contrariam medicinam expostulant. Interim Jennerianæ inoculationis ope nulla medendi methodus in usum ducenda esset contra tam diram pestem, quæ hac ratione ab hominum societate prorsus eradicari posset post tot illatas clades. Quidquid enim cœci hujus praxis osores adhuc blaterent, dummodo ea juxta artis regulas instituatur, et humor genuinus fuerit, nullam neque attentionem neque fidem meretur. Namque si ex factis objectiones desumuntur, facta vel prorsus falsa, vel male observata; si ex rationibus, hæ futiles ac deridendæ omnino sunt. Hinc si Principum curæ, ac providentiæ hacteuus adhibitæ haud satis sunt ad hanc praxim universalem reddendam, ut eæ necessitatem id faciendi omnibus tandem afferant, vehementer est exoptandum.

Ægro adstitit, ac morbi historiam conscripsit Benedictus Viale Cyrnæus Medicinæ Candidatus.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI	DOCENTE D. DE MATTHÆIS	DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
Liberatus Giovannetti Soranus.	*Num. Lecti* 11.	8 *Aprilis* 1816.

Actas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	Animadvers.
Ann. 34	*Sana*	*Agricola.*	*Pantano extra portam Esquilinam.*	*Febres periodicae.*	5 *Aprilis.*	*Venti Aquilonaris actio.*	*Febris, quam frigus praeivit, tussis, capitis dolor, sitis, respiratio difficilis.*		*Pulmonea nolha cum febre gastrica.*	*Febres acutae, et pleuritides.*	*Sicca, et frigida.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi			Conditio Aeris		Animadversiones
		Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Interni	Externi	
1	*Febris cum tussi, siti, lingua flavo-albicanti muco obduca, et nausea.*	*Oxymel simplex pro lambitivo.*	*Sanguinis ex brach. unc. VIII.*	*Tertia, et potus ex hord. decocto nitrato.*	B. 27. 9. 3 T. 13. .. H.	B. .. .. T. 9. 6. H. 20. 4.	
2	*Continuat febris cum tussi, ac sputis cruore tinctis. Sudor partialis in facie, et pectore.*	*Potio ex Tamarind.*	*Vespere clyster emolliens.*	*Idem.*	B. 27. 7. 3 T. 13. .. H.	B. .. .. T. 11. 7. H. 25. 4.	
3	*Item cum alvo soluta, atque urina turbida, et faeculenta.*	*Cher. miner. g. I. ovi. bih. Look alb. pro lambitivo.*	*Idem.*	*Idem.*	B. 27. 11. 8 T. 14. .. H.	B. .. .. T. 13. 4. H. 32. 9.	
4	*Item cum pulsu frequentiori, ac tussi molesta. Lumbricus ex ore ejectus.*	*Potio laxans ex Manna.*		*Idem.*	B. 28. 0. 3 T. 15. .. H.	B. .. .. T. 14. 5. H. 48. 7.	
5	*Item cum aucta respirandi difficultate; nocte delirat aeger, et quandam praebet in labiis convulsionem a risu sardonico non absimilem.*	*Olei Ricini unc. I. Emulsio camphorata.*		*Idem.*	B. 28. 1. 8 T. 15. .. H.	B. .. .. T. 12. 6. H. 35. 7.	
6	*Febris continuatio cum iisdem symptomatibus.*	*Eadem emulsio.*		*Idem.*	B. 28. 1. 5 T. 15. .. H.	B. .. .. T. 11. 7. H. 32. 0.	
7	*Febris, et caetera symptomata remittunt post reiteratas ventris dejectiones.*	*Eadem emulsio.*		*Absque pane*	B. 28. 0. 5 T. 14. .. H.	B. .. .. T. 11. 4. H. 29. 1.	
8	*Item cum tussi exacerbata, ac pulsu debili.*	*Mas. Pilul. de Cynogl. gr. VI. vespere sumend.*		*Idem.*	B. 27. 11. 7 T. 15. .. H.	B. .. .. T. 11. 7. H. 29. 0.	
9	*Apyrexia cum tussi.*	*Idem, et oxymel pro lambitivo.*		*Semivictus*	B. 28. 0. 7 T. 13. .. H.	B. .. .. T. 10. 1. H. 31. 1.	
10	*Item cum imminuta tussi.*	*Idem.*		*Plenus victus.*	B. 28. 2. 5 T. 14. .. H.	B. .. .. T. 11. 0. H. 31. 7.	
11	*Convalescens abiit.*			*Idem.*	B. 28. 1. 4 T. 14. .. H.	B. .. .. T. 11. 5. H. 27. 7.	

EPICRISIS.

Duplicis generis symptomata in hoc morbo occurrunt, quæ duplicem morbi naturam, ac sedem ostendunt; tussis nimirum, sputa cruore tincta, respiratio non facilis, quæ pulmones affectos satis manifesto demonstrant; et nausea, sitis, alvus soluta, lumbrici per os ejectio, linguæ sordities, urinæ crassæ ac turbidæ, labiorum convulsio quasi sardonicus risus, pulsus frequens, et contractus, quæ omnia primarum viarum inquinamenta, et colluviem indicant. Hinc, et methodus medendi talis esse debuit, ut affectionem utramque de medio tollere posset. Unica sanguinis missio prima morbi die instituta ad imminentem, vel jam incæptam pulmonum phlogosim cohibendam haud satis fuisset, nisi aliis antiphlogisticis auxiliis ei addidissemus, copiosum scilicet, ac diluentem potum cum nitro, clysteres emollientes, blandaque laxantia, quæ postrema pluries repetita omnem ex primis viis colluviem uno eodemque tempore eliminarunt. Viribus a necessariis hisce auxiliis aliquantisper imminutis, leni aliquo excitante opus fuit. Tussim devicto morbo superstitem paregorica massa pilularis facile sedavit. Risus sardonicus, atque leve delirium ad diaphragmitidis opinionem ingerendam haud satis erant, cum cætera signa deessent; neque hæc veluti illius affectionis propria considerari debent, sed gastricam potius febris indolem confirmant, cum a cacochylia, stomachique irritamentis hujusmodi symptomata non raro ortum ducant. Luculentissimum hujus rei exemplum in J. P. Franck legimus hisce verbis expositum: *Virum paucos ante annos conspeximus, qui licet continue, ac furiose delirans, cum tamen ad hypocondria tensa ac inflata comprimeretur, doloris sensum non exiguum manifestabat; singultiebat, risuque sardonio affectus sub acutissima febre altera mox die expiravit. Hic vero diaphragma sanum, sed copiosos in tenuibus, crassisque intestinis ascarides lumbricoides, multasque saburras in cadavere ostendit* (1). Insuper ægroti nostri symptomata non ea erant, ut de typhoide febris natura jure suspicari posset.

(1) *Epit. vol.* 2. *pag.* 180.

Tab. Hist. XIII. *Morbi historiam conscripsit Gregorius Riccardi Tiburs Medicinæ Doctor.*

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Bonifacius de Cesare Romanus.

DOCENTE D. DE MATTHÆIS
Num. Lecti 6.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
17 Aprilis 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	Animadvers.
Ann. 55	*Cachectica.*	*Famulus.*	*Romæ In Foro Agonali.*	*Tussis.*	*Primis Martii diebus.*	*Frigus incalescente corpore susceptum.*	*Dolor vehemens, qui ab osse sacro usque ad genu per externam ac posteriorem coxæ partem extenditur. Quandoque ultra genu circa suram propagatur: motu exacerbatur, neque fixus manet, sed per eas partes excurrit.*	*Vesicator. Ossi sacro. Linimen. ex oleo amyg. et spermac.*	*Ischias Nervosa.*	*Rheumatici, atque inflammatorii.*	*Variabilis.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	Animadversiones
1	*Dolor in femore, et crure perseverat. Febris deest; quamvis circa vespere pulsus concitatior appareat cum doloris exacerbatione.*	*Decoct. ex stipit. Dulcamaræ drach. II.*	*Vesicatorium fibulæ capiti impositum.*	*Semivictus.*	B.28. 2. 5 T.14. .. H.	B. .. .. T. 11. 0. H. 31. 7.	
2	*Idem dolor, qui noctu vehementior.*	*Id. decoct. mane. Vesp. pilulæ ex resin. Guajaci gr. 8. op. gr. I.*		*Idem.*	B.28. 1. 4 T.14. .. H.	B. .. .. T. 11. 5. H. 27. 7.	
3	*Similiter noctu, et interdiu.*	*Mane idem decoct. cum lacte mixtum. Vespere eædem pilulæ.*	*Clyster emolliens.*	*Idem.*	B.28. 1. 6 T.15. .. H.	B. .. .. T. 12. 0. H. 29. 7.	
4	*Item.*	*Idem mane, ac vespere.*		*Idem.*	B.28. 2. 4 T.16. .. H.	B. .. .. T. 12. 8. H. 34. 1.	*Alvus utplurimum constipata.*
5	*Item.*	*Idem mane, ac vespere.*		*Idem.*	B.28. 3. 0 T.16. .. H.	B. .. .. T. 13. 5. H. 28. 9.	
6	*Item.*	*Purgans ex Jalap. rad. drac. I.*		*Idem.*	B.28. 2. 0 T.16. .. H.	B. .. .. T. 14. 3. H. 34. 1.	*Sumpto purgante alvus laxatur.*
7	*Item.*	*Ol. æther. Terebint. ad g. X. melle exceptum: Idemque decoct.*	*Frict. ex canthar. tinct. in femore affec.*	*Idem.*	B.28. 1. 1 T.16. .. H.	B. .. .. T. 14. 6. H. 26. 2.	
8	*Item.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 0. 7 T.16. .. H.	B. .. .. T. 13. 9. H. 28. 3.	
9	*Item.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B 28. 1. 5 T.16. .. H.	B. .. .. T. 11. 7. H. 28. 0.	*Urina copiosior excernitur, odorisque violacei ob terebinthinæ usum.*
10	*Item.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 2. 4 T.15. .. H.	B. .. .. T. 12. 7. H. 27. 0.	
11	*Item.*	*Idem.*	*Id. et Clyster emolliens.*	*Idem.*	B.28. 0. 2 T.16. .. H.	B. .. .. T. 13. 2. H. 30. 6.	
12	*Item.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 0. 4 T.16. .. H.	B. .. .. T. 12. 4. H. 25. 9.	*Oleum æthereum terebint. molestias stomacho affert ideoque derelinquitur.*
13	*Item.*	*Decoct. ex stripit. Dulcam. drach. II.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 0. 1 T.16. .. H.	B. .. .. T. 11. 2. H. 21. 6.	
14	*Item.*	*Id. decoct. mane; vesp. pil. ex resin. guaj. g. VIII. merc. dulc. gr. II. op. gr. I.*	*Idem.*	*Idem.*	B.27. 11. 3 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 2. H. 26. 8.	
15	*Item.*	*Idem.*	*Id. et alterum vesicans fibulæ capiti.*	*Idem.*	B.27. 11. 3 T.15. .. H.	B. .. .. T. 12. 9. H. 26. 7.	
16	*Persistit dolor in femore qui sæpe ad pedem usque propagatur nunc majori, nunc minori vehementia. Externa, ac posterior coxendicis pars potissimum afficitur. Nulla dies, nullaque nox absque dolore, qui tamen neque continuus est, neque fixus, sed plurium horarum spatio quiescit; modo ab una ad alteram ex indicatis partibus divagatur; modo sub formicationis sensu percipitur. Claudicat æger, quia dolor ex a sperari solet a motu. Quadragesimo dumtaxat die, ustione instituta, dolor quasi illico, et omnino evanuit: imbecillitas tamen ad plures dies superstes fuit in affectis partibus. Ut ulcus ab ustione inductum facilius consolidari posset, æger usque ad quinquagesimumquintum ab ingressu diem in Clinico valetudinario permansit.*	*Dulcamaræ decoctum infusio florum sambuci excipit, quæ continuatur ad plures dies, nempe ad 32 ab ingressu. Dein ligni guajaci decoctum in usum ducitur, nec unquam prætermittuntur pilulæ ex opio, mercurio dulci, et guajaci resina usque ad 46 diem, quo æger simplici sero depurato cæpit uti.*	*Ictus electrici ope phialæ Leidensis propagantur ab osse sacro ad pedem lateris affecti, et die 27 ab ingressu tert. vesicans fibulæ capiti imponitur, nec non supra malleolum ejusdem cruris, et supra pedis dorsum. Die 40. pes uritur prope ultimum, penultimumque digitum Petrini methodo.*	*Plenus victus.*	B.27. 11. 6 T.15. .. H.	B. .. .. T. 11. 8. H. 27. 8.	*Quindecies singulis diebus phialæ Leid. ope instituitur electrica concussio, quæ ægri corpus nimis commovere videtur, absque fructu satis manifesto sex dierum spatio.*

EPICRISIS.

Ischiadem nervosam morbum istum nuncupavimus, licet a pathologica illa hypothesi alieni, quæ huic denominationi originem dedit, quæque celeberrimo Italiæ Medico, atque Anatomico debetur (1). Neque hoc nomine omnem coxæ dolorem promiscue intelligendum putamus, sed diuturnum ac pertinacem illum, qui ab osse sacro, vel ab inguine initium ducens ultra genu per externum, vel per internum coxendicis, crurisque latus ad pedis usque collum extenditur. Utrum vero in musculis sub fascialata positis, an in ischiadici, vel cruralis nervi tractu, an in aliis affecti lateris partibus sedem habeat morbus; utrum ab acri lentaque lympha eorum nervorum vaginas infarciente, vel ab alia quacumque causa ortum ducat, hic inquirere prætermittimus. Iis idcirco perpensis, quæ anamnesticum, ac præsentem morbi statum constituunt, et quorum notitia necessaria omnino est ad curationem instituendam, rheumatico-chronicæ naturæ hunc femoris dolorem esse existimavimus. Hinc remedia, quæ præ cæteris contra hoc morbi genus laudantur, quæque ingenti virtute pollent, in usum duximus; dulcamaram nempe, guajacum, mercurium, opium, terebinthinæ oleum intrinsecus datum, frictiones ex cantharidum tinctura, vesicatoria ad Cl. Cotunnii mentem, electricitatem, cujus ictus ab osse sacro per affectum femur ad extremos pedis digitos dirigebantur. Ad ustionem tandem methodo ill. Petrini instituendam pervenimus, quoniam pertinaces morbi, quos nec medicamenta, nec ferrum tollunt, ab igne tolluntur Hippocratis judicio (2) ab experientia probato, et a ratione confirmato. Hinc non ad acrem lentamque lympham ex ischiadici nervi vagina educendam hujusmodi ustionem instituimus; neque ad eundem finem vesicatoria pluries, ac iis locis, quos idem nervus sola cute obtectus perrepit, applicavimus, licet eadem prorsus ac Inventorum methodo hæc omnia ad effectum perducta fuerint. Hi etenim de causa morbi unam eandemque hypothesim sequentes, quoad solam expulsionis viam ac rationem dissentire videntur. Cotunnius ad morbosam lympham educendam vesicatoria laudat, ustionemque potius vituperat (3). Petrinus in prima morbi ætate vesicatoria (4) utilia putat; sed prorsus inutilia, morbo jam inveterato, quo in casu ustionem ad eundem ac Cotunnius finem proponit. Nos vero prius vesicantia, deinde ustionem adhibuimus ad incitandos, exstimulandosque cruris ac femoris musculos, nervos, aliasque partes, quarum asthenia vel debilitas manifestissima erat. Potentissimus namque est ignis stimulus, et cæteris omnibus anteponendus, præsertim in hujusce generis morbis; unde apud veteres laudatissimus fuit contra Ischiadem, aliasque arthriticas affectiones Moxæ usus. Hippocrates vero (5) a diuturno coxendicum dolore detentos uri præscripsit; et Celsus (6) monet cutem candentibus ferris tribus aut quatuor locis supra coxam exulcerare, ulceraque enata non ut primum fieri potest, sanare, sed diutius trahere, donec id vitium, cui per hæc opitulamur, conquiescat. Optimum hinc fructum ex peracta ustione æger percepit, cum illico pertinax in femore dolor evanuerit, nec amplius redierit. Copiosas, ac vix credibiles kermes mineralis doses, quas Cl. Giannini nuperrime laudat (7), experiri in ægro nostro non licuit ob diversam morbi speciem: is namque monet acutæ, non chronicæ Ischiadi kermes tam copiosa manu conducere, quamvis et ipse fateatur difficile admodum esse unam ab altera distinguere. Re quidem vera nos veram, acutamque simul Ischiadem nunquam vidimus, neque kermes mineralis effectus expectare lubet ad hoc ut ea, si quæ fuerit, a chronica distingui possit hujus remedii utilitate.

(1) *Cotunnius De ischiade nervosa §. 54.*
(2) *Aph. 6. sect. 8.*
(3) *Ibid.*
(4) *Nuovo metodo di guarire la sciatica nervosa p 99.*
(5) *Aph. 60. sec. VI.*
(6) *Lib. 4. cap. 22.*
(7) *Della natura delle febbri. Tom. 2. cap 8.*

Tab. Hist. XIV.

Morbi historiam conscripsit Joseph Pratilli Campanus Medicinæ Doctor.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	Animadvers.
Ann. 45	*Cachectica.*	*Purgatrix*	*Romæ apud Pontem S. Angeli.*	*Febris putrida duodecim abhinc annis.*	*Decimo nono abhinc mense.*	*Immodicus labor.*	*Febris cum tertianæ duplicis typo, qui undecim post menses immutatus fuit, nec ullum amplius servavit ordinem. Interea durities in umbilicali regione apparuit digestionis tempore molesta una cum vomitu, et alvo adstricta.*	*China china, et pilulæ deobstruentes.*	*Scyrrhus in visceribus chylopojeticis.*	*Pleuritides, et febres acutæ.*	*Frigida et ventosa.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	Animadversiones
1	*Febris deest: pulsus debilis: durities in dextera umbilici parte, quæ sub pressione dolet: vehemens circa renes dolor in digestionis tempore, et noctu.*	*Extractum Conii Maculati L.*	*Clyster emolliens.*	*Semivictus, et potus ex decocto graminis.*	B.27. 9. 0 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 9. H. 36. 5.	*Dosis extracti Conii Mac. L. trium granorum fuit primis morbi diebus; inde gradatim aucta usque ad grana 20, donec post 40 circiter dies hujus remedii inutiliter adhibiti, alia plura in usum ducta fuere.*
2	*Pulsus non febrilis, sed debilis, et quandoque intermittens. Alvus a clystere laxata.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 9. 1 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 7. H. 33. 1.	
3	*Item.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 8. 3 T.12. .. H.	B. .. .. T. 7. 7 H. 26. 2.	
4	*Pulsus debilior, atque exilis.*	*Idem, et vespere potio paregorica.*		*Idem.*	B.27. 8 8 T.12. .. H.	B. .. .. T. 8. 5. H. 31. 1.	
5	*Eadem pulsus conditio.*	*Idem extractum cum terra foliata tartari.*	*Clyster emolliens.*	*Idem.*	B.27. 9. 9 T.12. .. H.	B. .. .. T. 10. 4. H. 35. 3.	*Terra foliata tartari graminis etiam decocto, quo pro ordinario potu utebatur ægra, admixta fuit.*
6	*Absque febri cum eodem pulsu.*	*Idem, et vespere potio paregorica.*		*Idem.*	B.27. 10. 4 T.13. .. H.	B. .. .. T. 9. 8. H. 28. 0.	
7	*Item cum molestiis in abdomine lumborum regioni propagatis.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 3 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 5. H. 27. 4.	
8	*Item cum alvo molli.*	*Idem.*	*Clyster emolliens.*	*Idem.*	B.28. 1. 8 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 3. H. 27. 7.	*Alvus ab emollienti clystere emollita fuit.*
9	*Item.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 0. 9 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 0. H. 24. 4.	
10	*Item.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 11. 5 T.12. .. H.	B. .. .. T. 7. 7. H. 32. 8.	*Tumoris superficies tactu pluries explorata æqualis invenitur, et parum extensa.*
11	*Item.*	*Idem.*	*Frictio ex unguento mercuriali circa umbilicum.*	*Idem.*	B.27. 10. 1 T.12. .. H.	B. .. .. T. 6. 0. H. 39. 4.	
12	*Item.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.27. 10. 1 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 0. H. 35. 0.	
13	*Pulsus concitatus, et quasi febrilis.*	*Item.*	*Idem.*	*Idem.*	B.27. 11. 6 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 2. H. 36. 1.	
14	*Pulsus concitatior cum aucta abdominis molestia.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 2. 1 T. 9. .. H.	B. .. .. T. 4. 8. H. 41. 5	
15	*Eadem pulsus conditio.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 3. 3 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 5. H. 43. 7.	
16	*Pulsus febrilis cum vomitu, et torminibus.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 1. 6 T.10. .. H.	B. .. .. T. 4. 3. H. 39. 2.	
17	*Adest febricula cum solitis symptomatibus.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 0. 8 T.10. .. H.	B. .. .. T. 6. 1. H. 31. 9.	*Gengivarum dolor, et salivatio a mercuriali frictione excitantur, quæ ideo omittitur.*
18	*Item cum urinis turbidis, ac sedimentosis.*	*Idem.*	*Fomenta ex lacte ammoniacali circa umbilicum.*	*Idem.*	B.28. 2. 2 T.11. .. H.	B. .. .. T. 7. 9. H. 31. 8.	
19	*Febris accessio cum rigore, et siti. Acida eructat.*	*Idem.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 3. 1 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 3. H. 30. 9.	
20	*Apyrexia cum pulsu debilissimo, exili, atque intermittenti, doloribus in abdomine, qui lumbis respondent, vomitu, aciditate ventriculi, et quasi pyrosi usque ad 33 ab ingressu diem, quo ægræ facies immutatur, animi deliquia accedunt, durities circa umbilicum magis extensa, et prominens apparet. Trigesimonono die alvum ultima vice deposuit, eamque usque ad mortem pertinaciter clausam servavit. Aciditatis sensus ex ventriculo in os adscendens acrior fit, faucesque exurit. Emaciatio magis magisque increscit: 50 die vehemens in dorso, et lumbis dolor, vomitus adest, et facilius exinde redit: vires prostratæ omnino sunt. Die 64 nec potum, nec clysteres retinet; pulsus debilior, et vix sensibilis. Durities circa umbilicum emolliri videtur; tumor vero increscit, et fluctuans videtur. Ægra aphona fit, jactabunda cum facie cadaverica, viribusque prorsus deletis: ac tali modo animam miserrime agens, 70 ab ingressu die tandem obiit.*	*Harum pilularum usus ex terra foliata tartari, atque extracto Conii Maculati ad 40 dies continuatur absque ullo emolumento. Hinc omnia deobstruentia medicamenta prætermittuntur aliquot dierum spatio, ut morbi sibi relicti natura, et indoles melius innotesceret. Paregorica tantum potio circa vespere numquam prætermissa. Dein serum destillatum larga manu et diu propinatur. Magnesia ad alvum laxandam, atque aciditatem corrigendam pluries exhibita. Dosis opiatorum sub varia præparatione, et forma in dies adaugere opus fuit. Saccharum, et vinum generosum large adhibitum circa finem.*	*Plurium dierum spatio hæc fomenta continuantur, et clysteres modo emollientes modo sedantes injciuntur. Die 24 embroche adhibetur supra umbilicalem regionem et 12 dieb. iteratur Cucurbitulæ siccæ, et frictio gastro-opiata supra dorsum, ac lumbos dolore vexatos in usum ducuntur. Postremis morbi diebus frequens fuit, clysterum enutrientium usus.*	*30 die Semivictus in Tertium commutatur, cui adduntur jura cum ovi vitellis. 40 die serum destillatum pro potu ordinario in usum ducitur, et diu continuatur. Postremis morbi diebus ægram per anum nutrire opus fuit.*	B.28. 0. 2 T.12. .. H.	B. .. .. T. 9. 5. H. 26. 5.	*Embrochatio ex simplici aqua calefacta gr. 25 T.R. et ab altitudine ped. circiter 12 profluente perficitur.* *Omnia vomit; ne potum quidem retinet. Alvus pertinaciter clausa.* *Per anum citissime rejicit, quæ clysterum ope injiciuntur.*

SECTIO CADAVERIS.

Abdominis cavo patefacto, pancreas duritie, et scyrrho affectum in tota ejus substantia invenitur; at in ejus dextera parte duodeno proximiore, ubi parvum pancreas appellari solet, scyrrhus exulceratus apparet, atque in cancrum immutatus. Hujusmodi exulceratio ventriculum infecit in inferiori, ac laterali ejus parte pylorum versus; eum erodendo perforavit, et in perforationis loco utrumque viscus coaluit. Ingens circa ventriculi foramen membranarum crassities, et callus existit, quæ durities, et callositas ad duodeni principium propagata, vel potius a comprimentibus pancreatis mole, duritie, atque asperitate ibi inducta, omni lumine illud orbavit, penitusque occlusit. Hinc omnis e ventriculo ad intestina transitus præpeditur, et vario ingesto liquido ille dilatatus turget. Fellis vesicula densa, et nigra bile repletur. Cæterorum abdominalium viscerum status parum, vel nihil immutatus.

EPICRISIS.

Viva adhuc ægra, dirissimi hujus morbi sedem, et naturam exactius determinare, difficillimum sane erat ob plura viscera circa umbilicum contenta, eaque non raro extra suas sedes retracta, aut compulsa, necnon ob diversi generis affectiones, quibus obnoxia sunt, et quas eadem sæpe phænomena concomitantur. Cujus rei plura refert exempla Morgagnius in aureo ejus opere *de sedibus, et causis morborum*, monens epist. 39. non unam esse posse doloris sedem, et contumacissimi vomitus, emaciationis, alvique pertinaciter clausi, sed varias pluresque, ac tot in solo pyloro, aut prope eum tum intus, tum extra esse posse causas idem efficientes, ut si vel multas enumeremus, veram fortasse non assequamur. Præterea pancreatis tumores cognitu difficiles admodum esse ait, scribens epist. XXX. art. II. *cur tumores pancreatis nisi forte et ipsi maximi sint, et ægri valde macilenti difficillime tactu percipi queant, retrusa visceris sedes facit, et quidquid manui se interponit, præsertim vero turgens flatibus ventriculus, aut jecur, maxime si dilatatus fuerit*. Hinc, perspecta tumoris sede et natura, in tenuibus intestinis, atque omento morbum inesse conjecimus, unde viscerum chylopojeticorum scyrrhum esse, nec aliter denominari posse statuimus. Inveterata morbi ætas, ejusque symptomatum natura nullam sanationis spem relinquebant: et remedia adhibita ea mente in usum ducta fuere, ut addiscerent alumni rationem potius ea adhibendi, quam sperandi tam dirum morbum debellari posse. Dolores, qui per lumbos, dorsum, humerosque atrociter propagabantur a nervi magni sympatici surculis, ac nexibus repetendi sunt: idemque de pulsus conditione dicendum. Alvus 40. circiter dierum spatio pertinaciter adstricta fuit, ob præpeditum chimi transitum per occlusum duodenum. Fluida in ventriculo quamvis eroso continebantur, nec per abdominis cavum effusa fuere, quia erosionis locus cum pancreate pariter eroso concreverat.

Morbi historiam conscripsit Vincentius Folignoli Veliternus Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Petrus Lauterio Picenus.

DOCENTE D. DE MATTHÆIS
Num. Lecti 1.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
22 *Aprilis* 1816.

Ætas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	Animadvers.
Ann. 26	*Plethorica.*	*Agricola.*	*Romæ extra Portam Ostiensem.*	*Febres periodicæ.*	19 *Aprilis*	*Frigus excalefacto corpore susceptum.*	*Profundus in dextro latere dolor, qui lancinans sub tussis conaminibus molestissimus ei fuit. Sputa mucoso-cruenta: respiratio difficilis: febris, sitis, molestus in sanum latus decubitus, capitis dolor, præsertim supra orbitas.*		*Pleuritis in Empyema conversa.*	*Febres acutæ, et pleuritides.*	*Variabilis.*	

	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	Animadversiones
Dies 1	*Eadem symptomata superius indicata: pulsus durus et frequens, facies rubra; lingua humida, et albicans; mador universalis; alvus adstricta, urinæ flammeæ, ac sedimentosæ.*	*Loock Album.*	*Sanguis ex br. ad Unc. X.*	*Tertia, et potus ex aq. cum nitro.*	B.28. 2. 0 T.16. .. H.	B. .. .. T. 14. 3. H. 34. 1.	*Sanguis extractus absque corio, sed parum serosus. Altera venæ sectio ob erumpentem ex universo corpore sudorem differtur.*
2	*Mane. Febris aliorumque symptomatum remissio, Vesp. Omnia exacerbantur. Sputorum facilis excreatus.*	*Potio ex manna. Loock album.*	*Sanguis ex br. ad Unc. VIII.*	*Idem.*	B.28. 1. 1 T.16. .. H.	B. .. .. T. 15. 0. H. 34. 0.	*Sanguis coriaceus. Sudor generalis.*
3	*Eadem remissio matutina, ac vespertina exacerbatio.*	*Eadem potio, et idem Loock.*	*Clyster emolliens.*	*Idem.*	B.28. 0. 7 T.16. .. H.	B. .. .. T. 14. 6 H. 26. 2.	*Alvus semper adstricta.*
4	*Respirationis difficultas adaucta: dolor lateralis evanuit. Vesp. Major exacerbatio, sputa cruore tincta.*	*Potio ex tamarind, et crem. tart. unc. I.*	*Sanguis ex brac. ad unc. VIII.*	*Idem.*	B.28. 1 5 T.16. .. H.	B. .. .. T. 13. 9. H. 28. 3.	*Sanguis coriaceus.*
5	*Eadem respirandi difficultas cum cæteris symptomatibus.*	*Decoct. ex rad. Polyg. Seneka. Pil. ex cherm. gr. X. et opii gr. I.*	*Sanguis ex br. ad unc. VIII. Clyster emolliens.*	*Idem.*	B.28. 2. 4 T.15. .. H.	B. .. .. T. 11. 7. H. 28. 0.	*Idem.*
6	*Major respirandi difficultas: pulsus vehementior: tussis cum excreatu sanguineo. Vesp. Omnia exacerbantur.*	*Eædem pilulæ, idemque decoctum.*	*Vena iterum secta. Clyster emolliens.*	*Idem.*	B.28. 0. 2 T.16. .. H.	B. .. .. T. 12. 7. H. 27. 0.	
7	*Item cum aliqua in abdomine molestia. Sputa imminuuntur.*	*Idem.*	*Duo Vesicatoria suris.*	*Tertia, et potus ex hord. decocto.*	B.28. 0. 4 T.16. .. H.	B. .. .. T. 13. 2. H. 30. 6.	
8	*Omnia in eodem statu absque abdominis molestia, quæ fugax fuit.*	*Idem cum lambitivo ex oxymelle, et syrup. de althea.*	*Clyster emolliens.*	*Idem.*	B.28. 0. 1 T.16. .. H.	B. .. .. T. 12. 4. H. 25. 9.	*Alvus reiteratis laxantibus, atque emollientibus tam per os, quam per anum ingestis tandem solvitur, ac dein iterum clauditur.*
9	*Pulsus adhuc vehemens; respiratio difficilis; lingua semper humida. Sputa imminuta.*	*Idem.*	*Sanguis ex brac. ad unc. VI.*	*Idem.*	B 27. 11. 3 T.15. .. H.	B. .. .. T. 11. 2. H. 21. 6.	
10	*Febris minor: phlogistica symptomata imminui videntur. Vesp. Dolor in dextro latere rediit, cum aliqua symptomatum exacerbatione.*	*Idem.*	*Vesicans lateri dolenti. Respiratio vaporum ex posca.*	*Idem.*	B.27. 11. 3 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 2. H. 26. 8.	*A continuato expectorantium medicamentorum usu alvus etiam laxatur.*
11	*Omnia symptomata imminuta præter tussim, quæ potius sicca apparet.*	*Idem.*	*Eadem respiratio vaporum*	*Idem.*	B.27. 11. 6 T.15. .. H.	B. .. .. T. 12. 9. H. 26. 7.	
12	*Item cum decubitu facili in dextero latere, et miliaris exanthematis efflorescentia præsertim in pectore.*	*Idem.*	*Eadem.*	*Idem.*	B.28. 1. 6 T.15. .. H.	B. .. .. T. 11. 8. H. 27. 8.	
13	*Item, cum raro sputorum excreatu.*	*Item.*	*Eadem.*	*Absque pane*	B.28. 3. 3 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 5. H. 28. 7.	
14	*Item.*	*Decoctum pectorale, et Lambitivum.*	*Eadem.*	*Idem.*	B.28. 3. 1 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 7. H. 26. 1.	
15	*Item.*	*Idem.*	*Eadem.*	*Idem.*	B.28. 1. 7 T.15. .. H.	B. .. .. T. 14. 3. H. 25. 0.	
16	*Item cum debilitatis sensu, et aucta respirandi difficultate.*	*Idem.*	*Duo suris vesicatoria.*	*Idem.*	B.28. 0. 5 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 5. H. 25. 1.	
17	*Eadem symptomata cum purulenta exspuitione, et febris vespertina exacerbatione, prægresso frigore.*	*Idem.*	*Eadem respiratio.*	*Idem.*	B.28. 1. 4 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 2. H. 34. 1.	*Exanthema miliare modo magis, modo minus copiosum atque elevatum apparet; idque plurium dierum spatio, usque ad perfectam ejus dissipationem.*
18	*Decubitus in utroque latere facilis, et respiratio minus difficilis cum formicationis sensu in extremis manuum digitis.*	*Idem.*	*Eadem.*	*Idem.*	B.28. 0. 1 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 6. H. 28. 0.	
19	*Item cum aphtis in faucibus atque ore.*	*Idem.*	*Eadem.*	*Idem.*	B.28. 0. 6 T.15. .. H.	B. .. .. T. 12. 0. H. 32. 6.	
20	*Item usque ad 22 diem, in quo Bronchocele metastatica apparet absque læsa deglutitione vel loquela. Exinde febris, ac symptomata omnia mitescunt, sed aphtæ copiosiores evadunt, nec sine aliqua in deglutiendo molestia. Tumor in gutture mollescit, et puris præsentiam indicat, confirmatque ejus eruptio contingens 31 morbi die ad uncias circiter sex, sub tussis conamine. Sed præter hujusmodi tumorem, alius etiam ejusdem naturæ seu metastaticus in sinistri cubiti flexura apparet die 25, qui instrumento adapertus die 36. sexdecim circiter puris uncias emisit. In hoc temporis intervallo, quod usque ad 50 morbi diem extenditur, novus tumor ejusdem naturæ in alterius cubiti flexura exoritur, et omnia morbi symptomata mitiora fiunt, non absque spe sanitatem recuperandi. Interim tertius hic tumor citissime evanuit, et ab eo tempore morbus recrudescere videtur. Rediit respirandi difficultas, tussis exasperatur, rubescunt genæ circumscripto colore, febricula adest, emaciatur æger, et contabescit. A sexagesimo die ab ingressu usque ad septuagesimum morbus iterum mitior apparet, sed extremitates ædematosæ fiunt. Dein symptomata rursus ingravescunt: tussis molestissima cum purulento excreatu. In dextero hypochondrio tensio ac dolor, qui ad scapulam usque propagatur. Alvus soluta: vires prostratæ: 80 die tormina accedunt cum tenesmo; Pulsus debilis, frequens, atque inæqualis. Respiratio tamen minus difficilis. Circa nonagesimum diem omnia ruunt in pejus. Diarrhœa prorsus colliquativa evadit; vires pessumdantur; abdomen doloribus torquetur; supprimuntur sputa; respiratio difficilis ac laboriosa; emaciatio maxima; sudores copiosi, at partiales in pectore et facie, nec non frigidi. Fœtor quasi cadavericus e corpore exhalat; ac tandem miserando hoc modo, hosque inter angores moritur æger centesimo morbi die, 97 ab ingressu in Valetudinarium.*	*Idem decoctum pectorale ex althæa, glicyrriza, caricis etc. idemque Lambitivum usque ad quadragesimum diem, quo decoctum corticis Peruviani in usum ducitur. Huic accedunt Condita roborantia atque adstringentia ex Diascordio et extracto ligni Campecensis, aqua cinnamomi et Laudano. Dein pilulæ balsamicæ ex balsamo peruviano, pice, opio ac radice Iridis Florentinæ. Litrum Salicaria in usum ducitur; potiones paregoricæ; lichenis islandici gelatina cum Laudano; serum vinosum; serum cum aqua calcis. Eaque successive, et quandoque uno eodemque tempore pro symptomatum natura et vehementia adhibentur in diversis morbi periodis post quadragesimum ab ingressu diem.*	*Nullum aliud chirurgicum auxilium adhibitum usque ad morbi finem præter clysteres ex gummi Arabici solutione cum Laudano in morbi progressu ad tormina compescenda, et alvi evacuationes refrenandas. Hypocondrio tenso, ac dolenti emplastr. vesicatorium applicit. fuit.*	*Idem usque ad quadragesimum diem, quo victus animalis ex jure, et carne vitulina cum vino adhibetur, et continuatur usque ad extremos morbi dies, in quibus carnis loco jura consummata, cum ovorum vitellis, et ipsamet ova sorbilia in usum revocantur.*	B.28. 1. 3 T.14. .. H.	B. .. .. T. 12. 3. H. 27. 3.	*Hiatus Bronchocelis metastaticæ internus fuit, et puris inde rejectio sub tussis conamine iteratur circa vespere.* *Ingens seri copia manat ex rupta vesica ab emplastro vesicatorio enata in dextro hypochondrio.* *Tertius tumor in dextri cubitus flexura repentino evanuit secundo ab ejus apparitione die.*

SECTIO CADAVERIS.

Thorace adaperto, sinister pulmo in naturali statu invenitur; dexter vero in superiori parte simpliciter contractus; in media densior, ac durus; in inferiori quasi omnino destructus ab antecedenti suppuratione, atque exulceratione. Minima ejus pars, quæ adhuc superest, in copiosa quantitate puris albi, densi, atque inodori fluctuat, quæ pondere librarum circiter septem supra diaphragma premens manifestam in dextro hypochondrio intumescentiam procreavit. In abdomine omnia naturaliter constituta reperiuntur præter jecur a suo positu declinatum, atque in inferiorem, et anteriorem ventris partem propulsum ab ingenti pondere, et quantitate puris in respondenti thoracis parte collecti.

EPICRISIS.

Morbus hic ex acuto chronicus factus ob satis frequentem pleuritidis exitum in suppurationem, *empyema*, seu puris effusionem in thoracis cavo post varios casus edidit. Neque semper medico licet suppurationem in internis inflammationibus removere, cum plures quidem, nec a priori facile determinandæ conditiones ad hunc exitum disponant. Hinc si post nimis copiosas venæ sectiones in pleuritide institutas suppuratio non infrequenter apparet; interdum etiam ob sanguinem parcius missum eadem occurrit. In ægro nostro tanta fuit morbi phlogistica vis, talis symptomatum natura, adeo vehemens sanguinis impetus, pulsus durities, pectoris molestia, ac tanta pertinacia hæc omnia perdurarunt, ut nono etiam ab ingressu die sanguis mittendus fuerit, nec sine evidenti morbi levamine. Verumtamen hoc morbi levamen talis naturæ fuit, ut ejus permutationem magis quam finem indicaverit. Etenim neque omnis molestia e pectore discessit, neque febris evanuit, quamvis remissa, tussis absque excreatu continuavit, horror febris exacerbationem anteibat, sudor partialis modo e capite, modo e pectore manabat. Tandem abscessus critici apparent, primum in jugulo sub *Bronchocelis* forma, novo, quod nobis innotescat, exemplo, dein in sinistri cubiti flexura, cum satis manifesta morbi remissione. Hinc veluti critici abscessus, ac metastatici considerari merebantur; sed puris copia in pulmonibus generata, major sane fuerat quam per hujusmodi abscessus excerni poterat, unde salutari conamine ad alterius cubiti flexuram propellitur tertium alia puris quantitas, quæ infausta, atque ignota causa in pulmones denuo irrupit quam citissime; atque exinde recrudescit morbus, symptomata exacerbantur, vomica abrumpitur, pulmo exulceratur, pectoris cavum copioso pure repletur. Monuit Hippocrates (1) in vehementi, et periculosa peripneumonia abscessus in cruribus utiles esse; idque aliorum experientia confirmavit. Alibi scripsit eos post aures etiam (2) salutares esse in eodem morbo: surdtas ipsa bono quandoque indicio comparuit. At in jugulo, et proprie in Tyroidea glandula criticos ac metastaticos abscessus fieri in peripneumonia novum est, nec frequens sane est in extremitatibus superioribus, unde mos invaluit crura potius quam brachia vesicantium appositione in pleuritide exulcerare. De metastatica vero horum abscessuum natura dubitare haud licet, perspecta inflammationis absentia, purisque in iisdem fluctuatione jam usque a primis intumescentiæ diebus. Malo quidem omine tertius in alterius cubiti flexura prius quam aperiretur evanuit tumor. Docuit namque Hippocrates (3), malum esse si hujusmodi abscessus subsidant, atque intro recurrant, non prodeunte sputo, ac perseverante febre, quod aliorum, et nostra pluries confirmavit experientia.

(1) *Præsag.* 67. *lib.* 2.
(2) *Ibid. præsag.* 64.
(3) *Præsag.* 68. *lib.* 2.

Tab. Hist XVI.

Morbi historiam conscripsit Laurentius Peroli Mediolanensis Medicinæ Candidatus.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Joachim Colori Siculus.

DOCENTE D. DE MATTHÆIS
Num. Lecti 8.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
26 Aprilis 1816.

Actas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	Animadvers.
Ann. 32	*Sana, et plethorica.*	*Nauta.*	*In navi.*	*Cardialgiæ.*	*19 Martii*	*Crapula.*	*Somno sepultus motum in sinistro latere ab humero ad pedem amisit: os versus sanum latus distorsit. Exinde vocem difficulter articulavit, faciem coloratum, oculos quasi tumidos præbuit.*	*Quatuor vesicatoria, quorum triu brachiis, unum coxæ affectæ.*	*Hemiplegia.*	*Febres acutæ, et pleuritides.*	*Sicca, et frigida.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	Animadversiones
1	*Sinistrum latus omni se movendi facultate caret: vox indistincte articulatur cum oris distorsione. Idem faciei, oculorumque status.*		*Sanguis ex brac. missus ad unc. VIII.*	*Semivictus.*	B.28. 2 4 T.15. .. H.	B. .. .. T. 11. 7. H. 28. 0.	
2	*Pulsus concitatior, et quasi febrilis. Adest doloris sensus in affecto latere, nec non linguæ versus sanum latus distorsio.*		*Sanguis ex pede missus ad unc. VIII.*	*Idem.*	B.28. 0. 2 T.16. .. H.	B. .. .. T. 12. 7. H. 27. 0.	
3	*Item cum alvo adstricta, et pulsu in affecto latere vehementiori.*	*Purgans ex sal. Angl. unc. I.*		*Idem.*	B.28. 0. 4 T.16. .. H.	B. .. .. T. 13. 2 H. 30. 6.	
4	*Pulsus febrilis, et in affecto latere vehementior. Urinæ sedimentosæ.*	*Pulv. ex Jalap. drac. I. Crem. tart. unc. ss.*		*Idem.*	B.28. 0 1 T.16. .. H.	B. .. .. T. 12. 4. H. 25. 9.	
5	*Eadem immobilitas cum copiosis ventris dejectionibus, quas inter plures lumbrici.*	*Idem.*	*Vesicatorium occipiti.*	*Idem.*	B.27. 11. 3 T.15. .. H.	B. .. .. T. 11. 2. H. 21. 6.	
6	*Pulsus febrilis circa vespere cum dolore in latere immobili, et stercoraceis alvi dejectionibus.*	*Ol. Ricini unc. II.*		*Idem.*	B.27. 11. 3 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 2. H. 26. 8.	
7	*Pulsus non prorsus naturalis. Eadem immobilitas.*	*Item.*		*Idem.*	B.27. 11. 6 T.15. .. H.	B. .. .. T. 12. 9. H. 26. 7.	
8	*Sinistrum latus in eodem statu. Pulsus naturalis.*	*Crem. tart. unc. I.*		*Idem.*	B. 28. 1. 6 T.15. .. H.	B. .. .. T. 11. 8. H. 27. 8.	
9	*Item cum copiosis alvi excretionibus.*		*Frictiones ex linimento volatili in affecto latere.*	*Idem.*	B 28. 3. 3 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 5. H. 28. 7.	
10	*Motus in affecto crure redire incipit.*			*Plenus victus.*	B.28. 3. 1 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 7. H. 26. 1.	*Florum arnicæ dosis a drac. I. usque ad unciam singulis diebus gradatim augetur; drachmæ nempe 4 mane, et 4 vespere.*
11	*Item cum stercoraceis alvi dejectionibus.*			*Idem.*	B.28. 1. 7 T.15. .. H.	B. .. .. T. 14. 3. H. 25. 0.	
12	*Dolor in affecto latere auctus.*	*Inf. fl. Arnicæ Mont.*		*Idem.*	B.28. 0. 5 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 5. H. 25. 1.	
13	*Item.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 4 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 2. H. 34. 1.	
14	*Item cum doloris sensu in humero, et brachio affecto.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 0. 1 T.15. .. H.	B. .. .. T. 13. 6. H. 28. 0	
15	*Item cum intercurrenti dolore in latere immobili præsertim circa humerum, et motu redeunte in crure affecto. Qui rerum status usque ad 84 ab ingressu diem perseverat, quo brachium affectum elevare tandem potuit: hinc pedibus incedit, quamvis lento gradu, et fulcro adjutus. Die 89 valetudinarium reliquit patriam revisendi nimis cupidus, et ab amicis, propinquisque ad id valdopere sollicitatus, cum sanitati ex integro nondum esset restitutus, et scipione adhuc egeret.*	*Idem usque ad 40 diem ab ingressu: dein Valerianæ sylvestris infusum 8 dierum spatio: hinc usus internus olei cajeput, ac tandem ille foliorum Rhus Toxicodendri sub varia præparatione.*	*Friction. ex unguento nervino ad plures dies. Urticatio supra latus affectum. Rubefacientia, electricitas, nec non frictio ex foliis Rhus Toxicodendri.*	*Idem.*	B.28. 0. 6 T.15. .. H.	B. .. .. T. 12. 0. H. 32. 6.	*Restituta cruri mobilitate, æger omni die de lecto surgere, et fulcro adjutus deambulare jubetur.*

E P I C R I S I S.

A venæ sectionibus ex brachio primum, dein ex pede hujus morbi curationem auspicandam putavimus propter ægri temperamentum, ætatem, faciem, pulsum, propriamque morbi naturam. Purgantia reiterata in usum duximus, habita ratione causæ remotæ morbi, ac revellendi opportunitatis. Sed licet inde copiosas æger dejecerit fæces, mediocre tamen emolumentum fuit. Quamobrem ad arnicæ flores, aliaque excitantia gradum fecimus; ad frictiones nempe ex linim. volat., ung. nerv., canthar. tinct. ad vesic., rubeiac., urticat.. Arnicæ florum dosis a drachma ad unciam gradatim perducta fuit, et mensis spatio continuata una cum liq. anod., et liq. corn. cer. succ. Deinde valer. sylv. infus. usurpavimus, nec non ol. cajep. intrinsecus datum. Tandem electricitatem in usum ducere statuimus, atque efficaciori quidem methodo. Leidensi enim phiala usi fuimus, ictum electricum ab una ad alteram affecti lateris extremitatem dirigendo, vel a summitate columnæ vertebralis ad extremum usque digitum pedis affecti; idque ter in die, ictusque decem et ultra singulis vicibus. Attamen omnia hujusmodi auxilia, quamquam efficacissima per se sint, et a medicis laudatissima contra hoc morbi genus, parum utilia in ægro nostro fuere, nec, si quid boni sub eorum usu eveniebat, iis omnino tribui debet, cum non raro procul etiam ab omni medicamento lenta ægrorum restitutio habeatur vitæ viribus unice tribuenda. Verumtamen efficaciora remedia haud spernenda sunt in morbis præsertim longis, in quibus vitæ vires ut plurimum languent, atque stimulis fere semper egent. Hinc præter memorata medicamenta incitantis quidem, ac validæ naturæ, aliud etiam magni nominis apud recentiores diversimode in usum duximus a parvis dosibus initium caute faciendo, nec sine metu damna inferendi sanis etiam hominibus illud contrectantibus; Folia nimirum *Rhus Toxicodendri*, quæ ad longum tempus, et diversa ratione adhibuimus, et quorum virtus tam venefica, quam medicinalis mirum in modum ab auctoribus enarratur.

Medicorum itaque attentione haud prorsus indigna videntur reiterata experimenta, quibus hanc plantam in Valetudinario Clinico tentavimus. Ex iis patet venenosam ejus virtutem in viscoso quodam humore consistere, qui ex trunco, ramis, foliis, eorumque petiolis incisionis ope stillat; minime vero in aliquo gas, seu fluido aeriformi idro-carbonicæ naturæ, et nocturno potissimum tempore emisso, ut Van Mons (1), Orfila (2), aliique censent. Humanæ cutis pars, quæ tali humore irroratur, nigrescit primum; dein tertio, vel quarto ab irrorationis die exanthema per universum corpus erumpit, satis discretum, et in vesiculis consistens avellanæ magnitudinis, valde prurientibus, ac rubro halone cinctis, quæ absque febre abeunt, redeuntque in diversis partibus, renascentes plurium dierum spatio (3). Idque acrem, rubefacientem, ac vesicatoriam humoris naturam satis luculenter ostendit. Attamen interdum aspersa cutis nigrescit, quin exanthema appareat, ut Felix Fontana vidit in rustico (4), et nosmetipsi parvas maculas nigri coloris in propriis manuum volis ex nimis contrectata planta vidimus. Præterea nocturnam non minus quam diurnam transpirationem hujus plantæ (*radicans*, vel *toxicodendron* ea nuncupetur; duplici namque hac denominatione diversæ ejusdem plantæ conditiones, seu varietates, non diversæ species indicantur) prorsus innocuam pluries, nec soli fuimus experti mense Maji, et Junii, quo tempore florere solet, ac magis actuosa putatur. Animadvertendum interim est, quod ipsemet humor gummo-resinosus, in quo acre plantæ venenum contineri videtur, non semper eosdem progignat effectus. Quandoque ejus contactum nulla sequitur, neque exanthematica, neque alterius generis morbosa affectio, ut in hoc ægro, qui pluries foliis adhuc virentibus proprias manus, brachia, crura ad ruborem usque perfricuit absque ullo subsequenti erysipelate, vel alio morbo. Idem viderunt alii, et innocuam aliquando vidisse hujus succi inoculationem testatur Cl. Alibert (5). Ex quo sequitur verissimum esse quod Kempferus (6) Plenckius (7) aliique asserunt, non omnes homines similiter ab hac planta in cute affici, cum per os ingesta innocua dici possit, æque ac animalibus propinata, quoniam non solum tuto eam vorant, sed sine noxa inoculationem venefici ejus humoris patiuntur, (8) quamvis unum Orfilæ experimentum huic veritati adversetur (9). Quod enim idem auctor nuperrime refert de hujus plantæ extracto canibus per os ingesto, et postea ligato œsophago, vel per venas injecto, nullius momenti esse potest ad declarandam hujus veneficæ substantiæ vim, et naturam. Lethalibus namque hisce operationibus magis quam adhibitæ substantiæ virtuti tribui possunt effectus, quos ipse vidit. At undenam tanta effectuum diversitas ab una eademque planta? An a diversa ejus conditione, et vario usu, vel a diversis hominum inter se, animaliumque corporibus? Quod hactenus ignotum, vel saltem non satis declaratum videtur, reiteratis in posterum experimentis demonstrare conabimur.

Quoad medicas virtutes attinet, hæ a veneficis, ut assolet, desumptæ fuerunt: acris proinde, irritans, excitans hæc planta existimatur ob vesicatorios effectus, quos in humana cute ejus humore aspersa procreat, ideoque contra paralysim, aliasque asthenicas affectiones laudata fuit, nec non contra impetigines ob peculiarem ejus cum cute relationem. Verumtamen nemo ab interno ejus usu cutaneas affectiones excitatas vidit, quæ externæ tantum ejusdem actioni debentur. Vires vero musculares, et nervosas inde auctas plures referunt Galli, Angli, Itali medicinæ scriptores. Sub varia præparatione exhiberi solet; sed aquosum ejus extractum frequentius in usum ducitur. Dosis a duobus granis ad unciam unam singulis diebus progrediendo perducta fuit, nulla subsequente noxa (10). Nos extractum in primis adhibuimus a granis 4 ad 30. omni die; dein infusum, decoctumque ex foliorum uncia una in aquæ fontis unciis X. epicratice sumendum. Tandem et pulverem foliorum exsiccatorum a gr. 10 ad 20 pilulari forma experti fuimus, nec non ipsam virentium adhuc foliorum frictionem supra latus affectum, et vertebralem columnam, quin ullum inde apparuerit exanthema. Æger tamen tot tantisque adhibitis remediis, haud mediocriter profecit, mobilitate, ut ut imperfecte, ejus lateri restituta.

(1) *Annal. de Chim. T. 35.* (2) *Traité des Poisons T. 2. p. 1.* (3) *Hæc omnia præbuit Modestus Bracchetti Picenus tonsor 25 annos natus, paresi in extremitatibus inferioribus typhum insequenti detentus, Clinico Valetudinario tali statu receptus mense Junii, lectulo n. 10, cujus dextrum femur foliis Rhus Toxicodendron, eorumque succo egomet perfricui, coram Cl. Sebastiani Medicinæ Doctore, ac Botanices Profess.* (4) *Trat. sui veleni ec.* (5) *Nouveaux elemens de Therap., et de mat. med. T. 1. p. 446.* (6) *Amœnit. exotic fasciculus V.* (7) *Tossic. p. 176.* (8) *Fontana op. cit.* (9) *Op. cit.* (10) *Alibert*

Morbi historiam conscripsit Franciscus Puccinotti Urbinas Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Maria Rosatelli Romana.

DOCENTE D. DE MATTHÆIS
Num. Lecti 1.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
27 *Maji* 1816.

Actas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 10	*Optima*	*Otiosum.*	*Romæ apud Vaticanum.*	*Pravæ digestiones, ac Vermes.*	21 *Maji.*	*Ingluvies*	*Tormina, vomitus materiae flavescentis, atque amarae; lumbrici per os ejectio; vehemens capitis dolor; lingua sordida, os amarum; febris; exanthemata pulicum morsibus haud recentibus similia.*	*Pauxillum Chin. chinæ vino mixtæ.*	*Febris putrido-gastrica.*	*Febres rheumaticæ, atque exanthematicæ.*	*Umida, ac frigida.*	*Sanguinem e naribus emisit.*

Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.		Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
Dies 1	*Febris cum capitis dolore, siti, punctulis peticularibus in toto corpore praeter faciem, alvique doloribus vagis.*	*Crem. Tartari unc. I.*		*Tertia, et pot. ex aqua cum citri succo.*	B.28. 2. 3 T.17. .. H.19. ..	B. .. .. T. 15. 7. H. 24. 0.	*Iterum paucam sanguinis e naribus quantitatem emisit.*
2	*Febris aucta, tussis sicca, respiratio frequens, leves in capite, ac ventre dolores, calor intensior.*	*Seri Tamarind. unc. VI. Haust. salin. unc. IV.*	*Clyster emolliens ex malvae decoc.*	*Idem.*	B.28. 0. 6 T.17. .. H.19. ..	B. .. .. T. 16. 6. H. 22. 0.	
3	*Febris in eodem statu, nausea, vomitus, alvus soluta, lumbricus per os ejectus, vaniloquium in somno, sudor haud copiosus, sed universalis.*	*Olei Ricin. unc. I.*	*Idem ex decocto chamomillae.*	*Idem.*	B.28. 0. 0 T.16. .. H.18. ..	B. .. .. T. 14. 0. H. 13. 3.	
4	*Febris cum capitis dolore aucto: convulsivi quandoque apparent artuum tremores; lumbrici per os expulsi.*	*Potio ex Tamarind. unc. I. Aq. Font. unc. VIII.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 0. 5 T.16. .. H.17. ..	B. .. .. T. 14. 1. H. 17. 9.	*Omni mane febris satis manifesto remittit una cum caeteris symptomat.*
5	*Febris cum iisdem symptomatibus, alvique fluidis dejectionibus.*	*Merc. dulc. gr. XII. Sacchar. alb. scrup. I.*	*Idem.*	*Idem.*	B.28. 0. 6 T.17. .. H.17. ..	B. .. .. T. 15. 2. H. 21. 2.	*Exanthema peticulare nondum evanuit.*
6	*Febris, et caetera symptomata mitescunt.*		*Idem.*	*Idem.*	B.28. 0. 8 T.17. .. H.17. ..	B. .. .. T. 15. 6. H. 23. 0.	
7	*Febris parum sensibilis, vires admodum imminutae.*	*Decoct. Valer. sylv. unc. III. Liq. anod. g. XII. Aq. cinnam. ad grat.*		*Id. cum segmento panis vino madidi.*	B.28. 1. 2 T.17. .. H.18. ..	B. .. .. T. 16. 2. H. 27. 4.	
8	*Febris, viriumque idem status: duorum lumbricorum per os ejectio.*	*Idem decoct. cum chinachina.*		*Idem.*	B. 28. 1. 1 T.17. .. H.18 ..	B. .. .. T. 16. 7. H. 26. 7.	*Decoctum ex Valeriana, et Chinachina nauseam ei excitat.*
9	*Febris vix sensibilis; de artuum lassitudine queritur.*	*Idem.*		*Absque pane cum vino.*	B.28. 0. 5 T.18. .. H.19. ..	B. .. .. T. 16. 8. H. 21. 5.	
10	*Apyrexia.*			*Diaeta cum vino.*	B.27. 11. 9 T.18. .. H.20. ..	B. .. .. T. 16. 7. H. 27. 7.	
11	*Item, et perfecte convaluit.*			*Plenus victus.*	B.27. 10. 5 T.18. .. H.19. ..	B. .. .. T. 16. 9. H. 25. 0.	

EPICRISIS.

Si febris putrido-gastricæ subdivisiones, seu varietates ex diversa cacochilia desumptæ admitti debent, hæc *verminosa* dicenda erit, ob plures potissimum emissos ex ægræ ore lumbricos. Evacuantia idcirco, eaque præcipue quæ anthelmintica virtute pollent, uti oleum ricini, et calomelanus manifesto indicabantur. Sanguinis e naribus fluxus puerili, atque adolescenti ætati adeo communis est, ut etiam in statu sano non infrequenter appareat. Quotidianæ remissiones matutinæ tanta constantia in hoc morbi genere observari solent, ut plures medicinæ scriptores non aliunde quam ex gastricis impuritatibus periodicam febrium remissionem repetendam esse existiment. Attamen cautissime debent medici in gastricis se gerere febribus dijudicandis, cum ambigua admodum sint earum indicia, aliisque diversissimis morbis communia. Hinc tot tantaque a medicis humano generi detrimenta, et clades propter evacuantium abusum. Linguæ sordities, halitus fætor, oris amarities, nausea, vomitus, ventriculi pondus seorsim sumpta haud satis sunt ad gastrica inquinamenta demostranda, atque purgantium remediorum opportunitatem declarandam. Omnia enim hæc una cum causis morbi occasionalibus, ægri natura, anni constitutione, remediorum effectu, morbis prægressis etc. conferri inter se debent, diligenterque considerari. Quoad exanthema peticulare spectat, quamvis ob ejus formam parva punctula lividi coloris æmulantem, et ob matris ægræ opinionem cum pulicum morsibus confundi posse videretur, attamen ejus continuatio, ac sedes (facies namque præter quam in palpebris macularum expers erat) peculiaris febris gastricæ natura, ingens inter primas vias, cutemque consensus, et annua constitutio satis superque de peticulari hujusmodi macularum natura testantur. Ideoque haud *primarium*, sed *symptomaticum* hoc exanthema judicamus, cum petechiæ aliæ sint *secundariae*, seu ex morbo primario pendentes, ejusque symptoma; aliæ vero *primariae*, morbumque sui generis, et quidem contagiosum constituentes, ut Burserius, aliique verissime docent.

Ægræ adstitit, ac morbi historiam conscripsit Joseph Lucciardi Cyrnæus Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Petrus Giorgi Picenus.

DOCENTE D. TAGLIABO'
Num. Lecti 8.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
26 *Junii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 45	*Debilis*	*Propola.*	*Prope Mausoleum Augusti*		18 *Junii.*	*Labor et moeror.*	*Febris cum typo tertianæ duplicis; mox continua; virium prostratio, mentis obnubilatio, morositas, convulsiones, et sudores tenues, atque continui.*	*Chin. china.*	*Typhus stupidus.*	*Febres periodicæ atque exanthematicæ.*	*Tepens.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	ANIMADVERSIONES
1	*Vesp. Pulsus vix oppressus, sed frequens, et inæqualis, lingua sicca, tremula, atque ex ore exerta non retracta; calor cutis non continuus; facies plumbea; oculorum inversio, stupor, decubitus in dorsum, urina turbida, nox vigilis.*	*Haustus excitans ex aqua tot. citr. et cinnamom. cum Laud. liq. et Liq. anod. gut. XL.*	*Vesicantia femoribus*	*Tertia, cum vino generoso.*	B.28. 1. 2 T.18. .. H.21. ..	B. .. .. T. 17. 8. H. 21. 1.	
2	*Mane. Febris remissio. Reliqua item.* *Vesp. Febris exacerbatio, major ad somnum propensio, anhelitus, deglutitio difficilis, spasmus cynicus.*	*Haust. salin. Decoct. chin. chin. cum radic. Serpent, et Liq. anod. Bolus camph. g. I. omni hora.*	*Sinapis. plantis pedum. Clyster ex gum. arab. et camph.*	*Idem.*	B.28. 2. 0 T.18. .. H.21. ..	B. .. .. T. 17. 6.. H. 27. 8.	
3	*Mane. Sopor auctus, pulsus parvus.* *Vesp. Febris mitior, lingua humida; noctu sudor calidus, æqualis, et universalis; ejectio alvi moderata.*	*Idem, et Moschi g. I. omni bihorio.*	*Vesicant. pone aures, et Clyst. ut sup.*	*Idem.*	B.28. 1. 2 T.17. .. H.21. ..	B. .. .. T. 16. 5. H. 26. 5.	
4	*Pulsus æqualis, cutis, et lingua humida; subsultus tendinum evanidi, et æger bene se habet ad ea quæ offeruntur, urina copiosa cum sedimento.*	*Idem.*		*Absque pane cum vino.*	B.28. 1. 2 T.17. .. H.21. ..	B. .. .. T. 16. 3. H. 28. 8.	
5	*Omnia in melius; rubor, et dolor ad os acerum.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 4 T.17. .. H.21. ..	B. .. .. T. 17. 3. H. 31. 2.	
6	*Item.*	*Remediorum dosis imminuitur.*		*Idem.*	B.28. 0. 7 T.18. .. H.21. ..	B. .. .. T. 16. 7. H. 32. 4.	
7	*Item. Erysipelas ad malleolum externum dexterum.*	*Idem.*		*Semivictus*	B.27. 11. 7 T.17. .. H.22. ..	B. .. .. T. 16. 8. H. 27. 6.	
8	*Item.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 0. 7 T.17. .. H.22 ..	B. .. .. T. 16. 2. H. 29. 1.	
9	*Item.*	*Idem.*		*Plenus victus.*	B.28. 1. 6 T.17. .. H.21. ..	B. .. .. T. 15. 6. H. 28. 6.	
10	*Apyrexia, et sic usque ad 18 diem mensis Julii, quo sanus discessit.*	*Omnia intermittuntur præter decoct. ch. ch.*			B.28. 2. 5 T.17. .. H.21. ..	B. .. .. T. 15. 6. H. 27. 6.	

EPICRISIS.

Cum febrium nervosarum major esse soleat *in parte quae a morbi causa obsidetur, et in ipsius aegrotantis natura, quam in eo, quod morbum producit differentia*, nervosam seu *typhum stupidum* hanc febrim appellamus ab evidenti stupiditate, quam æger ostendit, quæque commune sensorium a morbi causa maxime affectum declaravit. Præterea nulla aderat complicatio gastrica, vel inflammatoria; neque debilitas clanculum increvit, ut solet in febre *lenta nervosa*, neque adeo insignis ab initio fuerat, ejusque naturæ, quæ in nervosis *putridis malignis* observatur; sed æger corpore, et animo simul affectus inter nervorum turbas, stupore magis atque imminutione sensuum, motuumque laborabat, quam aucta vel immutata eorundem agilitate, quasi voluntate destitutus esset. Quæ quidem diagnosis magis quoque confirmabatur a calore cutis non urente, neque continuo, ab oris siccitate, lingua tremula, quam difficulter quasi rerum oblitus ex ore exertam retrahebat æger, capitis gravitate absque dolore, facie plumbea, oculorum inversione, pulsu vix oppresso, decubitu in dorsum, tendinum subsultibus, et ab illo denique delirii genere, quod ab omnibus aliis facile distinguitur ob perpetuam obmurmurationem clausis etiam oculis, et ob frequentem carphologiam. Vis ergo vitæ in cerebro potissimum, vel in communi sensorio ita afficiebatur, ut extingui videretur, ideoque potentioribus stimulis opus fuit ad eam alendam, incitandamque. Quare camphora, moscho, cortice peruviano, aliisque hujus generis remediis feliciter usi fuimus. Præterea non parum contulisse comperimus ad soporem amoliendum vesicantia pone aures, quo loco, non longe a sua origine facialis nervus excurrit, et clysteres ex camphora paratos, quorum ope abdominale nervorum systema mirifice incitatur, hujusque incitamenti diffusione cæterarum partium actio efficaciter sustinetur. Cum vero febris hæc periodica ab initio fuisset, hinc peruviani corticis usus clarius indicabatur, atque utilissimus reapse fuit. Hac itaque methodo, sudoribus per universum corpus provocatis, et oborto ad malleolum externum dexterum levi erysipelate, febris die 17 a prima ejus invasione feliciter evanuit.

Morbi historiam conscripsit Aloysius Marchetti Camers Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Joachim Rosini Romanus.

DOCENTE D. TAGLIABO
Num. Lecti 9.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
17. *Julii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita.	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 19	*Fortis, et plethorica.*	*Cultrorum rotator.*	*Romæ in Vico S. Angeli.*		23 *Maji* 1816.	*Immodicus amor, et abscessus in aure sinistra.*	*Die 23 Maji primus epilepsiæ paroxysmus, cras iterum rediens; mox scotomia, tinnitus, et auditus gravis in aure sinistra, dolor capitis: a die autem 4 Julii epilepsia ter, quater de die ægrum corripuit.*		*Epilepsia.*	*Febres intermittentes, et exanthematicæ.*	*Calida et sicca.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
1	*Vespere. Scotomia, labiorum motus, dein corporis agitatio, abdomen plenum, et tumidum: nocte ter eadem symptomata.*	*Haustus paregoricus.*		*Absque pane cum vino.*	B. 28. 1. 3 T. 19. . . H. 21. . .	B. . . . . T. 17. 8. H. 26. 4.	
2	*Mane. Dolor capitis; alvus clausa. Vesp. Pulsuum ictus 90 omni minuto. Noctu octies epilepsia.*	*Infusum ex rad. valer. sylvest. cum laud. liq. g. XX.*	*Clyster ex ol. sem. ricini unc. I.*	*Idem.*	B. 28. 2. 7 T. 17. . . H. 23. . .	B. . . . . T. 16. 8. H. 30. 3.	*Multa fœtida per alvum deposuit æger.*
3	*Mane. Pulsus 92: bis epilepsia.*	*Idem.*	*Clyster ex assæ fœtidæ drachma I.*	*Idem.*	B. 28. 2. 3 T. 18. . . H. 23. . .	B. . . . . T. 18. 3. H. 30. 6.	
4	*Pulsus 84: semel epilepsia. Vesp. Iterum paroxysmus, sed abnormis cum violento corporis motu, voce rauca feli gementi simillima, et mordendi conatu: post paraxismum pulsus 126.*	*Infusum vinosum nucis vomicæ ad unc. II.*		*Idem.*	B. 28. 2. 3 T. 19. . . H. 27. . .	B. . . . . T. 19. 3. H. 32. 9.	*Infusum paratur ex nucis vomicæ g. XII. et vini generosi lib. II.*
5	*Pulsus 70: dolor capitis, mox aphonia; convulsio clonica, cum perfecta abolitione sensuum. Cessato paroxysmo stupor per horam. Circa noctem deliquium animi momentaneum.*	*Idem.*		*Idem.*	B. 28. 1. 9 T. 19. . . H. 24. . .	B. . . . . T. 20. 3. H. 31. 7.	
6	*Pulsus 62: bis peroxysmus, sed mitior.*	*Idem.*		*Idem.*	B. 28. 1. 4 T. 20. . . H. 22. . .	B. . . . . T. 19. 1. H. 33. 4.	
7	*Pulsus 58: puris exitus ex meatu auditorio sinistro. Dolor capitis minor.*	*Idem.*		*Idem.*	B. 28. 1. 3 T. 19. . . H. 22. . .	B. . . . . T. 18. 6. H. 26. 2.	
8	*Item.*	*Idem.*		*Idem.*	B. 28. 1. 3 T. 19. . . H. 22. . .	B. . . . . T. 18. 7. H. 27. 3.	
9	*Item cephalæa ingens.*	*Vesicantia pone aures.*		*Idem.*	B. 28. 2. 1 T. 19. . . H. 21. . .	B. . . . . T. 18. 6. H. 26. .	
10	*Aphonia, mox iterum epilepsia. Pulsus 58.*	*Intermittitur infusum ex nuce vomica, et datur bolus ex g. semis ejus pulveris, bis de die.*		*Idem.*	B. 28. 2. 4 T. 19. . . H. 22. . .	B. . . . . T. 18. 9. H. 29. 9.	
11	*Pulsus 59. Vespere iterum epilepsia. Nox inquieta, vigilia, dolor capitis.*	*Idem.*		*Idem.*	B. 28. 2. 3 T. 19. . . H. 26. . .	B. . . . . T. 18. 6. H. 33. 2.	
12	*Pulsus 66: oscitatio, et obnubilatio mentis; excreatus puriformis materiæ ex tuba Eustachiana ad fauces descendentis.*	*Idem.*		*Idem.*	B. 28. 2. 3 T. 18. . . H. 24. . .	B. . . . . T. 18. 4. H. 31. 4.	
13	*Item.*	*Bolus ex nuce vomica ter de die.*		*Idem.*	B. 28. 1. 0 T. 18. . . H. 26. . .	B. . . . . T. 19. 9. H. 33. 4.	
14	*Pulsus 58: egestio alvi copiosa.*	*Idem.*		*Idem.*	B. 27. 11. 7 T. 20. . . H. 24. . .	B. . . . . T. 18. 6. H. 28. 5.	
15	*Pulsus item. Nulla excreatio puris, humescit tamen meatus auditorius externus.*	*Idem.*		*Semivictus.*	B. 28. 1. 1 T. 18. . . H. 23. . .	B. . . . . T. 18. 1. H. 29. 6.	
16	*Item, et sic usque ad 22 diem, quo bene se habens æger, e valetudinario discessit.*	*Idem.*		*Plenus victus.*	B. 28. 1. 5 T. 19. . . H. 21. . .	B. . . . . T. 19. 5. H. 30. 5.	

EPICRISIS.

Etsi æger hic candide fassus fuerit cæco atque insano amore detentum esse, ut sui morbi causam ostenderet, attamen omnibus rite, ac diligenter perpensis, non moralis, sed physica videtur esse ejus morbi causa; abscessus nempe in cavitate tympani auris sinistræ, ex quo ob affectæ partis cum cerebro proximitatem, et consensum omnia illa nervosa, ac cerebralia symptomata apparuerunt, scotomia nempe, seu vertigo, tinnitus, et auditus gravis in aure affecta, dolor capitis, convulsiones, frequentiores arteriarum ictus, labiorum tremor, ac tandem reiterati epilepsiæ paroxysmi. Re quidem vera, aure repurgata, ac pure extra tympani cavitatem educto, non solum epilepsiæ accessus abierunt, sed etiam omnia illa symptomata, quæ irritamenti propagatione cerebrum, nervosumque systema affectum indicabant, evanuere. Propterea, cum de causa locali, atque organica ageretur, inutilis alicui videri poterat nucis vomicæ usus huic ægro præscriptus. Attamen orgasmus ille ab aure ad cerebrum propagatus, ante puris evacuationem per tubam Eustachianam ad fauces descendentem, ac per meatum auditorium externum, ex quo epilepsia ortum habebat, mitescere, atque imminui debuerat, ut contigit, hujus antispasmodici, ac sedantis remedii usu. Eo namque propinato robur, ac frequentia pulsuum imminuebantur, et paroxysmi rarius in die invadebant, donec perfecte evanuerint. Hinc mense Septembris, quo ægrum invisimus, nullo adhuc alio epilepsiæ accessu correptum fuisse nuntiavit, quamvis levi interno auris dolore adhuc laborasset. Quare nucem vomicam, quæ pauca dosi canibus, felibus, cuniculis, aliisque brutis, quæ clausis palpebris nascuntur, mortem affert, hominibus non nisi magna quantitate nocet, et parce, cauteque adhibita variis eorum morbis optime mederi potest, præsertim si motus abnormes, vel clonicæ convulsiones fuerint, ut Arabes primi, ac plures dein medicinæ scriptores testantur.

Tab. Hist. XX.

Morbi historiam conscripsit Padovani Corsicanus Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Joseph della Croce Campanus.

DOCENTE D. TAGLIABO'
Num. Lecti 11.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
18 *Julii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 46	*Plethorica.*	*Arnorum Faber.*	*Romæ in Vaticano.*	*Febris Tertiana mense Januarii* 1815.	15 *Julii.*	*Aer frigidus in corpus excalef.*	*Febris cum horrore, postridie dolor ad mammam sinistram, mox perpetuus ad dexterum, tussis frequens, respiratio gravis, sputa glutinosa cum striis sanguineis.*	*Pharmacum purgans.*	*Pneumonia cum febre periodica.*	*Febres periodicæ, et exanthematicæ.*	*Calida et sicca.*	

	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
Dies 1	*Mane. Febris mitis, cutis humida, dolor lateris dexteri, et ad scapulam, tussis sicca, respiratio gravis, facies rubra, urinæ lateritiæ. Vesp. Levis horror, dolor pleuriticus major. Noctu egestio alvi non omnino liquida.*	*Decoct. Hord. cum oxymel. pro potu.*	*Frictio ad latus cum linimento volat.*	*Tertia,*	B.28. 2. 7 T.17. .. H.23. ..	B. .. .. T. 16. 8. H. 30. 3.	
2	*Mane. Cutis mador, symptomatum remissio. Vesper. Febris exacerbatio cum horripilatione, dolor lateris violenter lacessens, tussis molesta, et anxietas.*	*Idem.*	*Sang. ex br. ad unc. VIII.*	*Idem.*	B.28. 2. 3 T.18. .. H.23. ..	B. .. .. T. 18. 3. H. 30. 6.	*Sanguis corio obductus.*
3	*Mane. Item. Vespere. Item.*	*Idem.*	*Iterum secta vena.*	*Idem.*	B.28. 2. 3 T.19. .. H.27. ..	B. .. .. T. 19. 3. H. 32. 9.	*Item.*
4	*Mane. Febris remissio major, urina cum sedimento lateritio, sputum copiosum, et crassum. Vesp. Exacerbatio lenior.*	*Decoct. Ch. ch. cum rad. Polyg. virg. et Syr. tot. citr. Kerm. min. gr. I. cum Sac. om. trihor.*		*Idem.*	B.28. 1. 9 T.19. .. H.24. ..	B. .. .. T. 20. 3. H. 31. 7.	
5	*Mane. Item, at excreatus copiosior cum pauco sanguine. Vesper. Iterum febris, respiratio tamen minus incommoda.*	*Idem, et Look album cochleatim. Nocte haustus paregoricus.*		*Idem.*	B.28. 1. 4 T.20. .. H.22. ..	B. .. .. T. 19. 1. H. 33. 4.	
6	*Mane. Item. Vesp. Febris cum horrore, singultus frequens, sputum suppressum, anhelatio summa. Nox inquieta.*	*Idem.*	*Vesicantia brachiis.*	*Idem.*	B.28. 1. 3 T.19. .. H.22. ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 26. 2.	
7	*Mane. Sudor copiosus, tussis mitis, respiratio bona, sputa amurcosa. Vesp. Horror, et febris. Noctu desipientia levis.*	*Decoct. Chin. chin. cum drachmis II. extracti ejusdem.*		*Idem.*	B.28. 1. 3 T.19. .. H.22. ..	B. .. .. T. 18. 7. H. 27. 3.	
8	*Mane. Apyrexia, sputum copiosum album, et æquale. Vesp. Febris accessio lenis.*	*Idem.*		*Absque pane*	B.28. 2. 1 T.19. .. H.21 ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 26. 9.	
9	*Item.*	*Idem.*		*Diaeta*	B.28. 2. 4 T.19. .. H.22. ..	B. .. .. T. 18. 9. H. 29. 9.	
10	*Item, et sic usque ad* 13 *diem, quo Aeger perfecte convaluit.*	*Idem.*		*Semivictus*	B.28. 2. 3 T.19. .. H.26. ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 33. 2.	

EPICRISIS.

Intermittentes febres autumnales, licet ab una eademque causa originem ducant, interdum tamen pro varia constitutione anni, ac pro diversa corporum natura, larvatam indolem præseferunt, et continuas febres ita per omnia imitantur, ut *nisi castigatissimo utrasque examine trutinaveris, ab invicem discriminari non possint*, ut apposite monet Sydenhamius. Idque hoc potissimum anno Romani medici observarunt in illa rheumatica febri, quæ populariter grassata est, ac tussim, sputum sanguinis, et lateris dolorem punctorium secum trahens, medicos ad liberales venæ sectiones alliciebat non sine ægrorum damno, cum remedia potius contra intermittentes febres usurpata expostularet, ac præcipue corticem peruvianum. Quædam namque signa, et circumstantiæ morbum comitabantur, quæ illum de intermittentium febrium familia esse satis perspicue declarabant. Plures etenim eo tempore periodicis febribus detinebantur, et morbus vel tertianæ more invadebat, vel ab horrore incipiens subsequentibus diebus proclivitatem manifestabat ad remittentium naturam. Singulis diebus mane febrilis motus, tussis, et dolor sedabantur, universa cute madescente; vespere vero eadem hora cum manifesta horripilatione exacerbabantur. Præterea a prima die decubitus copiose urina profluebat cum sedimento lateritio, quod intermittentium febrium proprium esse solet. Quibus sedulo perspectis, post unam aut alteram venæ sectionem pro gravitate pulmonalis affectus, ut in hoc ægro, vel omni prætermissa venæ sectione, decoctum chinæ cum una, aut altera drachma radicis Polygalæ Virg. addito aliquo syrupo liberaliter usi fuimus, et maximo quidem cum emolumento. Febris namque, omni deposita larva, intermittentem se esse ostendebat, et corticis peruviani usum postulabat. Quare ex facili per hanc methodum morbi decessione concludimus, ejus indolem vere periodicam fuisse, neque alia ratione quam cæteras intermittentes febres curari debere.

Morbi historiam conscripsit Petrus Sterbini Campanus Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Petrus Corona Romanus.

DOCENTE D. TAGLIABO'
Num. Lecti 1.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
19 *Julii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies.	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 43	*Cachectica.*	*Vinearum cultor.*	*Extra Portam Angelicam.*	*Febres Tertianæ.*	20 *Junii.*	*Labor sub aere frigido.*	*Horripilatio, dein febris vespere exacerbata, dolor capitis, et lateris dexteri, mox in hypochondrio, et ad jugulum protensus, tussis, spiratio celer, sudores copiosi.*	*Semel S. V. plura vesic. boli saponacei, opium, sinapism.*	*Vomica Hepatis.*	*Febres intermittentes, et exanthematicæ.*	*Calida et sicca.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica.	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	ANIMADVERSIONES
1	*Vespere. Apyrexia, facies pallida, color cutis subictericus, dolor hypochondrii dexteri, et ad mammam, spiratio difficilis, tussis frequens, sudor frigidus, jactatio corporis, pulsus parvus, evanescens.*	*Haustus excitans.*	*Vesicans lateri dolenti.*	*Absque pane*	B.28. 2. 3 T.18. .. H.23. ..	B. .. .. T. 18. 3. H. 30. 6.	
2	*Mane. Item, ac dolor minus lacessens. Noctu egestio alvi semel, iterumque aquosa, et biliosa.*	*Decoct. Rad. Tarax. cum syr. quinque rad. aper. et sal. Tart. drach. I. Haustus paregoricus.*	*Frictio ex pomata gastro-opiata hypochondrio dextero.*	*Idem.*	B.28. 2. 3 T.19. .. H.27. ..	B. .. .. T. 19. 3. H. 32. 9.	
3	*Mane. Omnia sedata, urinæ rubræ, et croceæ.*	*Decoct. aper. sine sale Tartari pro potu. Decoct. satur. Ch. ch. unc. VIII. cum syr. lot. citri unc. II.*		*Diæta*	B.28. 1. 9 T.19. .. H.24. ..	B. .. .. T. 20. 3 H. 31. 7.	
4	*Mane. Item. Virium consistentia major.*	*Idem. Serum lactis cum succo Cichor.*		*Idem.*	B.28. 1 4 T.20. .. H.22. ..	B. .. .. T. 19. 1. H. 33. 4.	
5	*Mane. Iterum dolor, et tensio in hypochondrio, sudor copiosus. Vespere. Egestio alvi frequens.*	*Idem. Diascord. Fr. drach. I. in aq. totius citri unc. II.*	*Fotus hypochondrio dextero.*	*Absque pane*	B.28. 1. 3 T.19. .. H.22. ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 26. 2.	*Dolor in digito majore pedis sinistri.*
6	*Mane. Item. Alvus biliosa, graveolens cum ardoris sensu. Vespere. Febris cum levi horrore.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 3 T.19. .. H.22. ..	B. .. .. T. 18. 7. H. 27. 3.	
7	*Mane. Apyrexia cum pulsu debili, ac frequenti.*	*Idem. Adduntur drach. II. Extract. Ch. ch. decocto ejusd.*		*Diæta*	B.28. 2. 1 T.19. .. H.21. ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 26. 9.	
8	*Item.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 2. 4 T.19. .. H.22. ..	B. .. .. T. 18. 9. H. 29. 9.	
9	*Dolor hypochondrii fere evanidus: egestio figurata.*	*Idem. absque Diascord.*		*Idem.*	B.28. 2. 3 T.19. .. H.26. ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 33. 2.	
10	*Mane. Item. Vespere. Diarrhœa aquosa laborem non faciens.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 2. 3 T.18. .. H.24. ..	B. .. .. T. 18. 4. H. 31. 4.	
11	*Item: absque diarrhœa.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 0 T.18. .. H.26. ..	B. .. .. T. 19. 9. H. 33. 4.	
12	*Item.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 11. 7 T.20. .. H.24. ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 28. 5.	
13	*Repentina dolorum exacerbatio, pulsus frequens, dyspnœa ingens, decubitus inconstans, hypochondrii dexteri contentio.*	*Intermittitur Decoct. Ch. ch.*	*Fotus hypochondrio dextero, clyster ex decoc. hor.*	*Absque pane*	B.28. 11. 1 T.18. .. H.23. ..	B. .. .. T. 18. 1. H. 29. 6.	
14	*Dolor major ad hepar, et ad dorsum, orthopnœa, carotidum pulsatio, virium defectio.*	*Potio paregorica.*	*Empl. rubef. ad latus affec. Clys. ex gum. Arab. unc. II. et camph. g. 8.*	*Tertia,*	B.28. 1. 5 T.19. .. H.21. ..	B. .. .. T. 19. 5. H. 30. 5.	
15	*Dolor ad spinam dorsi molestus, oedema extremitatum inferiorum, tussis, respiratio strepens.*	*Bolus ex Kerm. min. gr. I. et rad. Scill. gr. II. mane, et vespere. Look album.*	*Vesicantia femoribus. Item brachiis.*	*Idem.*	B.28. 2. 4 T.19. .. H.22. ..	B. .. .. T. 19. 5. H. 32. 0.	
16	*Pulsus celerrimi, parvi, inæquales, intermittentes, spiratio introvulsa.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 2. 9 T.19. .. H.26. ..	B. .. .. T. 19. 5. H. 34. 9.	
17	*Facies hippocratica, delirium, stertor, et mors hora septima noctis.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 2. 5 T.20. .. H.28. ..	B. .. .. T. 20. 2. H. 39. 4.	

SECTIO CADAVERIS.

Aperto thorace, e sinistra ejus cavitate pauca seri limpidi copia erumpit; e dextera vero multus, albus, et gelatinosus humor pure intermixtus. Pulmo hujus lateris ita contractus est, ut vix quartam partem naturalis voluminis æquet. In abdomine hepar in conspectum venit mole magnum, ejusque acutus margo ad umbilicum usque protenditur; sinister vero lobus ad saccum cæcum ventriculi inclinat. Quo loco diaphragma illud tangit, ei firmiter adhæret, et morbosa separata adhæsione, antiqui ulceris cavum apparet cum reliquiis putridi humoris, qui, diaphragmate eroso, in pectoris cavitatem excurrit. Interior ejus substantia nihil præbet observatione dignum præter maculas flavi coloris.

EPICRISIS.

Dum pus in tunica est, vel aliquo includitur velamento, tabificam labem sistit, quæ sæpe altius latet in visceribus, quin ægri de insidioso hoste magnopere conquerantur. Idque duplici de causa fieri monuit Hippocrates aph. 41. sec. 6., *vel propter crassitudinem puris, vel loci*. Quoniam vero æger hic post lentam hepaticæ inflammationis speciem trigesimo morbi die, quo ad nostrum Valetudinarium venerat, male se habebat ob dolorem sub costis nothis ad mammam et jugulum protensum, nec non ob gravitatis sensum in dextero hypochondrio, abscessum in hepate suspicabamur, ejusque præsentiam temporis progressu confirmavit symptomatum pene omnium ratio, ac præsertim pulsus conditio, et molestiæ in hepatis regione. In hoc rerum statu neque ab arte, neque a natura ea perfici poterant, quæ necessaria erant ad hujus morbi medelam. Duplex namque erat curationis via: vel putrilago, incisione facta, extrinsecus educenda, vel in sanguinem resorpta per urinas, et alvum exturbanda cum ulceris consolidatione. Quoad primam, profundior puris sedes in interna, ac superiori jecinoris substantia eam vetabat; quoad secundam, morbi progressus, virium vitalium debilitas, organicarum partium læsio difficillimam, ac vix possibilem eam reddebant. Hinc vitæ vires, quantum fieri poterat, sustinere, naturalia emunctoria adaperta servare, symptomata moderari ea erant, quæ ad miseri hujus ægri utilitatem perfici poterant. Cæterum plura habentur ejusdem hujus morbi exitus exempla apud celebriores medicinæ scriptores.

Morbi historiam conscripsit Jacobus Salvatori e Tiberiaco Medicinæ Doctor.

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI	DOCENTE D. TAGLIABO'	DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
Paulus Mei Romanus.	*Num. Lecti* 11.	25 *Julii* 1816.

Aetas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestae.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 55	*Cachectica.*	*Cantor mox scriba.*	*Romæ*		*A mense Junii* 1815.	*Liquorum abusus.*	*Ventriculi dolor, digestio læsa, corporis lassitudo; Sept.* 1815 *animi deliquium cum abolitione sensus, et motus lateris dexteri, postea debilitas major, color pallidus faciei, oedema extremitat. inferior. et brac. dexteri.*	*Semel secta vena; china, decocta altevantia, cicut.*	*Callositas ventriculi.*	*Febres intermittentes.*	*Calida et sicca.*	—

	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Methodus Medendi: Chirurgica	Methodus Medendi: Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Conditio Aeris: Externi	ANIMADVERSIONES
Dies 1	*Vesp. Pulsus celer, et parvus, facies pallida, et tumens, dolor, et durities inæqualis in epigastrio, decubitus in omne latus; diarræa, oedema pedum, et brachii dexteri. Nox quieta.*	*Haustus paregorigus.*		*Absque pane cum vino.*	B.28. 2. 1 T.19. .. H.21. ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 26. 9.	
2	*Mane. Pulsus* 110 *omni horæ momento; urina copiosa, oedematis imminutio, tussis sicca, frequens.*	*Decoct. ex rad. aperient. Bolus ex scilla g. ss. quater de die. Id. haust.*	*Emplastrum de cicuta epigastrio.*	*Idem.*	B.28. 2. 4 T.19. .. H.22. ..	B. .. .. T. 18. 9. H. 29. 9.	
3	*Mane. Pulsus* 104; *alvus fluida. Vesp. Anxietas major.*	*Idem, et decoct. ch. ch. cum Lichen. Islandici drac.* 1. *Bolus ex gr.* I. *extrac. cicut. et Diasc. F.*		*Idem.*	B.28. 2. 3 T.19. .. H.26. ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 33. 2.	
4	*Pulsus* 106; *urina minus copiosa, oedematis imminutio in brachio dextero; sed apparet in sinistro. Vespere singultus, egestio alvi.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 2. 3 T.18. .. H.24. ..	B. .. .. T. 18. 4. H. 31. 4.	
5	*Pulsus* 108 : *reliqua item præter singultum.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 0 T.18. .. H.26. ..	B. .. .. T. 19. 9. H. 33. 4.	
6	*Item, sed oedema auctum in extremitatibus superioribus.*	*Idem.*		*Idem.*	B.27. 11. 7 T.20. .. H.24. ..	B. .. .. T. 18. 6. H. 28. 5.	
7	*Iterum singultus; major virium prostratio.*	*Idem, et aquæ gelidæ usus.*	*Clys. ex gum. arab. cum Laud. liq.*	*Idem.*	B.28. 1. 1 T.18. .. H.23. ..	B. .. .. T. 18. 1. H. 29. 6.	
8	*Pulsus* 110; *omnia in pejus.*	*Idem, et haustus excitans.*		*Idem.*	B.28. 1. 5 T.19. .. H.21 ..	B. .. .. T. 19. 5. H. 30. 5.	
9	*Item. Pulsationis sensus in epigastrio.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 2. 4 T.19. .. H.22. ..	B. .. .. T. 19. 5. H. 32. 0.	
10	*Item. Singultus tamen rarior.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 2. 9 T.19. .. H.26. ..	B. .. .. T. 19. 5. H. 34. 9.	
11	*Mentis alienatio, respiratio sublimis, sopor: noctu mors.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 2. 5 T.20. .. H.28. ..	B. .. .. T. 20. 2. H. 39. 4.	

SECTIO CADAVERIS.

Epigastrio ante sectionem explorato, nulla durities, aut inæqualitas in eo observatur, ut in morbi decursu. Aperto abdomine, pancreas, hepar, colon transversum. atque intestinum duodenum dexteræ ventriculi extremitati firmiter adhærent. Scisso transversim stomacho, ejus membrana mucosa sine rugis apparet, sed atro tincta colore. In inferiori autem ostio fungiformis, et scyrrhosa concretio adest utrinque ad latera cum ulcere ad duodenum excurrente. Hujus intestini paries sinister prorsus erosus est, ejusque loco sacculus circumstat a concretis visceribus efformatus, quo ingesta, et sanies continentur. Pancreas atrophia consumptum videtur.

EPICRISIS.

Sæpe alterutrum ventriculi ostium obdurescit, et enatis carunculis obstrui solet, quod morbi genus veteribus medicis haud ignotum fuit, ut ex Cælii Aureliani, et Galeni libris patet. Idque duplici ratione fieri potest; vel etenim pars antea exulceratur, et ulcus ipsum ad consolidationem vergens, vel in actu ipsius consolidationis *carunculam* facit; vel ipsæ membranæ in callosam excrescentiam degenerant, aucta vel immutata vitali earum conditione. In utroque tamen casu sive superius, sive inferius orificium callus, et angustia teneant, prout illud magis vel minus arctatur, plus etiam aut minus læditur digestio, ac nutritio, dolores in epigastrio urgent, vomitus adest ita ut inter dapes famelici expirent mortales, ut plura docent exempla apud Bonetum, Benivenium, Dodonæum, Harderum, Morgagnum, Vaterum, Haenium, Trillerum, aliosque plures, qui de hac re observationes divulgarunt. At æger noster bene se habebat ad ea, quæ offerebantur, neque unquam evomuit, quod ex ipsa callosi ulceris natura, et sede repetendum est. Inferius enim ostium, seu pylorum exedebat ulcus, neque fungosa excrescentia adeo extollebatur, ut transeuntibus cibis, quod aliquis vidit, denegaretur via; sed per exesum parietem facile ultra duodenum descendere poterant. Miramur potius naturæ artificium, quæ ad latera hujus intestini ab ulcerosa sanie consumpti, præternaturalem sacculum excavavit ad miserrimam ægri vitam prolongandam, quo ingesta continerentur, neque in abdomen illabi possent. Hujus vero morbi historiam hic referre existimavimus juxta Celsi monitum lib. 8. cap. 13., *non quod curatio ejus ulla sit, sed ut res indiciis cognosceretur, et non putarent sibi medicum defuisse, si qui sic aliquem perdidissent.*

Morbi historiam conscripsit Petrus Sterbini Campanus Medicinæ Doctor.

[illegible]

PRÆNOMEN, NOMEN, ET PATRIA ÆGRI
Aloysius Sisti Romanus.

DOCENTE D. TAGLIABO'
Num. Lecti 12.

DIES INGRESSUS IN VALETUDINARIUM
11 Augusti 1816.

Actas	Corporis constitutio.	Vitæ genus.	Domicilium.	Morbi praegressi.	Prima morbi dies	Causæ manifestæ.	Status morbi Anamnesticus seu phænomena prægressa	Remedia adhibita	Denominatio morbi.	Morbi prædominantes.	Anni temporis natura.	ANIMADVERS.
Ann. 48	*Sana, et strigosa.*	*Miles.*	*Romæ prope vetust. pontem Triumphalem.*	*Tribus ab hinc annis asthma periodicum.*	*9 Augusti.*	*Labor in longo itinere.*	*Dolor capitis, quem asthmatis accessus sequitur. Vesp. melius se habens domo egreditur; mox horret, noctu febricitat cum tussi, dolore lateris dexteri. Item postridie.*	*Decoctum Pectorale.*	*Pneumonia cum hydrope pulmonum.*	*Febres intermittentes, et exanthematicæ.*	*Calida et sicca.*	

Dies	Morbi decursus, et phænomena a prima ingressus die in Valetudinarium.	Methodus Medendi: Pharmaceutica.	Chirurgica	Diætetica	Conditio Aeris: Interni	Externi	ANIMADVERSIONES
1	*Vespere. Febris, pulsus duriusculus, facies rubra, tussis, dolor lateris ad scapulas protensus, respiratio difficilis.*	*Decoct. hordei pro potu.*	*Sanguis ex brac. ad unc. VIII.*	*Tertia,*	B.28. 3. 2 T.22. . . H.27. . .	B. . . . . T. 21. 5. H. 35. 7.	*Sanguis albo corio obductus.*
2	*Mane. Febris remissio, sudor copiosus, dolor mitis. Vespere. Exacerbatio symptomatum, urina flammea, sanguinea, pulsus serratus.*	*Idem.*	*Sanguis ex brac. ad unc. VIII.*	*Idem.*	B.28. 3. 1 T.21. . . H.26. . .	B. . . . . T. 21. 4. H. 35. 7.	*Sanguis maculis hinc inde albo-flavis conspersus*
3	*Mane. Sudor, remissio febris, et doloris lateris tussis frequens, sputum glutinosum, urinæ lateritiæ. Vespere. Omnia exacerbata.*	*Idem.*	*Vesicans lateri dolenti.*	*Idem.*	B.28. 2. 7 T.21. . . H.26. . .	B. . . . . T. 20. 3 H. 32. 0.	
4	*Mane. Item. Vesp. Febris exacerbatio, egestio alvi frequens.*	*Decoct. Ch. ch. unc. VIII. cum drac. rad. Polyg. et syr. tot. citri. Bolus ex Kerm. min. gr. ss. singulo bihorio.*		*Idem.*	B.28. 2 9 T.20. . . H.27. . .	B. . . . . T. 19. 4. H. 32. 9.	*Intermittitur bolus ex Kerm. et datur mixtura. cum diascord. F.*
5	*Mane. Apyrexia, dolores sedati, alvus fluida. Vespere. Iterum febris, et doloris reversio.*	*Mixtura cum diascord. Decoct. Ch. ch. ut sup.*		*Idem.*	B.28. 1. 8 T.20. . . H.23. . .	B. . . . T. 17. 9. H. 30. 7.	
6	*Mane. Pulsus frequens, respiratio gravis, desiderium limonatæ vegetabilis, alvus fluida.*	*Idem.*	*Clyst. ex mucillag. gum. arab. unc. VI. et Laud. liq. Sydenh. gut. XXXX.*	*Idem.*	B.28. 1. 5 T.20. . . H.26. . .	B. . . . . T. 13. 9. H. 32. 0.	*Conceditur potio acidula, parca tamen.*
7	*Item. Urinæ turbidæ cum nubecula suspensa, tussis aspera, oedema pedum, dyspnœa ingens, virium dejectio. Noctu alvus sistitur.*	*Idem. Bolus ex radic. scillæ gr. I. ter de die.*		*Idem.*	B.28. 0. 3 T.18. . . H.25. . .	B. . . . . T. 15. 8. H. 25. 0.	
8	*Mane. Sudor copiosus, respiratio celer, sputum paucum, et glutinosum.*	*Idem. Decoct. Ch. ch. adduntur drac. II. extracti ejusdem.*		*Idem.*	B.28. 0. 6 T.18. . . H.24. . .	B. . . . . T. 17. 1. H. 29. 9.	
9	*Mane. Pulsus parvus, inæqualis, celerrimus, urinæ jumentosæ, ortophnœa, dolor lateris, et ad scapulam, alvus frequenter liquida.*	*Intermittitur decoctum Chinæ. Reliqua vero dantur ut supra.*	*Vesicantia femoribus*	*Idem.*	B 28. 1. 0 T.18. . . H.26. . .	B. . . . . T. 16. 0. H. 33. 0.	
10	*Mane. Febris remissio. Cætera item. Urina copiosa turbida, tussis sicca, respiratio difficilis.*	*Emulsio gum. arab. Bolo ex rad. scillæ adduntur grana aliquot Camphoræ.*		*Idem.*	B.28. 1. 5 T.17. . . H.27. . .	B. . . . . T. 16. 3. H. 35. 7.	
11	*Mane. Febris remissio, cutis, et lingua humidæ, sputa alba, et æqualia; respiratio minus incommoda. Vespere. Urinarum fluxus ingens ultra libras XVIII.*	*Idem, et iterum decoct. Ch. ch. cum ejusdem extract. et rad. polygal. virg.*		*Absque pane*	B.28. 1. 5 T.17. . . H.27. . .	B. . . . . T. 14. 6. H. 32. 7.	
12	*Mane. Febris remissio major. Urinæ ut supra, nox quieta.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 0 T.17. . . H.25. . .	B. . . . . T. 14. 5. H. 26. 9.	
13	*Mane. Apyrexia. Spiratio facilis, urina copiosa, oedema pedum imminutum. Vespere. Nova febris accessio.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 9 T.16. . . H.26. . .	B. . . . . T. 15. 7. H. 29. 4.	
14	*Mane. Item, et sic usque ad 17 diem, quo febris cum cæteris symptomatibus perfecte decessit.*	*Idem.*		*Idem.*	B.28. 1. 7 T.16. . . H.25. . .	B. . . . . T. 15. 5. H. 28. 0.	

EPICRISIS.

Quamvis incerta admodum sint Hydrothoracis indicia, nec medicus de aqua internum pectus inundante, nisi aperto cadavere securus esse possit, attamen talia, ac tanta æger iste præbuit signa, ejusque generis fuere morbi circumstantiæ, ut de aqua in pulmonibus effusa satis valide conjicere valeamus. Præterea licet æger tribus abhinc annis asthmate laborasset, attamen non ante acutam hanc pulmonum affectionem in hydrothoracem incidisse facile deprehenditur, omnibus rite diligenterque perpensis. Hinc hydrops iste acutus ab inflammatorio pulmonum morbo ortus videtur, quod sane non infrequenter contingere solet. Neque legitimus, vel liber in pectoris cavitate existimari debet, sed potiori jure bronchiorum cellulas, vel pulmonum parenchyma occupasse videtur, unde verus *hydrops pulmonum* vocandus erit. Re quidem vera dum medioeris seri copia in pulmonum substantia accumulatur, ratione officii, cui viscus illud est addictum, magis lædi solet respiratio, quam a multo majori ejus quantitate in pectoris cavo effusa. Verum eodem tempore facilius ab inhalantibus pulmonum vasis resorbetur, ac per naturalia emunctoria evacuatur, dummodo vitæ vires consistant, nec nimis torpidæ sint, nec nimis excedant. Idcirco præsidiis omnibus in auxilium inflammationis pectoris vocatis, quæ pro anni tempore, ægri constitutione, ac morbi natura necessaria esse videbantur, radicis scillæ usum liberaliter præscripsimus, ad copiosiores urinas eliciendas, oppressosque pulmones liberandos. Nec spe frustrati fuimus: hoc etenim remedio urinæ copiosæ profluxerunt, et æger a morbo evasit, quin ullum aquosæ diathesis superesset signum. Causa itaque morbi occasionali, ejus decursu, ac fine, nec non remediorum effectu rite perspectis, sat firmo fundamento concludere licet pulmonum hydrope hunc ægrum laborasse ab inflammatoria ejusdem visceris affectione orto, ac diuretico auxilio sanato.

Morbi historiam conscripsit Joannes Baptista Filippi Pedemontanus Medicinæ Doctor.

	ERRATA	CORRIGE
pag. I.	Sydhenamio	Sydenhamio
V.	nam	Nam
IX.	qua	quo
XII.	Igrometro	Hygrometro
	phænominibus	phænomenis
XXI.	(1) Op. cit.	(3) Op. cit.
XXVIII.	sistematis	systematis
XXIX.	histerica	hysterica
	hypocondriaca	hypochondriaca
	(1) Jatrologismi	(2) Jatrologismi
XXXII.	Hyemali	Hiemali
XXXIV.	iperstheniçæ	hypersthenicæ.
	etc. etc.	etc. etc.